Registrum
Reuerendissimi
in Christo
Patris et
Domini
dñi
Matthei Parker Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani &c Johanne Incent Registrario &c.

Secunda pars

Confirmacio electionis dni Willi Hughes Episcopi Assaphen

Acta habita et facta in negotio confirmacionis electionis

venerabilis et egregii viri Magri Willmi Hughes sacre Theologie doctoris in Epum et Pastorem eccliae
Cathedralis Assaphen per decanum et Capitulum eiusdem ecclie Cathedralis electi Die Sabbati viz
Duodecimo die mensis Decembris Anno dni Millimo quingmo Septuagesimo tertio Et regni illustrissime in
Xpo principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor &c Anno xvi
in Stalla Parochiali bte Marie de Arcubus London ecclie Xpi Cant iure immediate Cora venerabili viro Magro
Thoma Yale Legum doctore Rmi in Xpo patris et dni dni Mathei divina Providentia Cantuar Archiepi totius
Anglie primat et Metropolitani Vicario in spiritualibus generali et officiali Principali sufficienter et legitime deputat
Coram in pntia mei Johis Incent Notarii publici dicti Reverendissimi Pris Registrarii Principalis &c

Dictis die et loco inter horas octavam et decimam ante meridie eiusdem diei pntatis coram pfato Magro
Thoma Yale iudicialr et pro tribunali seden Lris patentibus regiis de Assensu suo regio pfato Rmo
pri direct ac per me prefatum Registrarium de Mandato dicti Magri Yale publice lectis **Idem** Magr
Yale ob honorem et Reverentiam dicte dne nre Regine acceptavit ipsis omib exposcionis dictar lrar paten
et decrevit procedend fore iuxta vim formam et effectum earundem **Deinde** Comparuit personalr Magr Willm
Say Notarius publicus Alme Curie Cantuar de Arcubus London Procuratorium generalem suis et exhibuit
Procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclie Cathes Assaphen predict et fecit se partem
pro eisdem et nomine Procuratorio eorundem Decani et Capituli Prtant eidem Vicario in spiritualibus generali Magrm
Johem Powell etiam qui etiam exhibuit Procuratorium suum Lratorie pro antedicto venerabili viro Magro
Willmo Hughes electo antedicto et fecit se partem pro eodem Et tunc dictus Magr Say exhibuit Mandatum
originale ad contra Oppositores in huiusmodi negotio emanat una cum tertio in dorso sup executione eiusdem Et accusat
contumaciam omn et singulorum ad hos diem et locum ad dicendum et opponend contra electionem pdictam &c citator
preconizatorumque et nullo modo comparentium et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces &c Et tunc
facta trina publica preconizacione omn et singulorum Citatorum huiusmodi et nullo eorum comparent nec aliquid contra
dicta electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam opponentis vel obiicientis tunc dictus Magr
Vicarius generalis antedictus ad petitionem dicti Magri Willmi Say pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces
et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in hac causa eis et eorum cuilibet precludit Necnon
ad ulteriora in dicto Confirmacionis Negotio procedendum fore decrevit vocatis sic citatis et non comparentibus absentia
seu contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eundem Magrum Yale lecta plenius continetur
Deinde dictus Mr Willmus Say dedit summariam petitionem in scriptis Et dns ad omnem petitionem decrevit
procedendum fore summarie et de plano Et Assignavit eidem Magro Say ad probandum dictam summariam
petitionem ad statim Et tunc idem Magr Say in subsidium probacionis contentorum in dicta summaria
petitione exhibuit Processum electionis eiusdem venerabilis viri Willmi Hughes in Epum et Pastorem
ecclie Cathes predict per decanum et Capitulum eiusdem ecclie fact Necnon Lras Patentes Regias magno
Sigillo suo Anglie sigillatas **Ac etiam** exhibuit consensum pfati dni Electi eidem electioni etiam
adhibit **Quibus** sic factis dns ad petitionem dicti Magri Say assignavit ad proponendum omnia ad
statim **Deinde** dictus Magr Say in penam contumaciarum suarum omn et singulorum citatorum huiusmodi et
non comparentium exhibuit omnia et singula in dicto Negotio per eum exhibit et proposit quatenus sibi
concernunt et non alias nec alio modo **Et tunc** dns ad eius petitionem Assignavit ad concludend
ad statim **Deinde** dictus Magr Say Conclusit cum dno secum etiam concludente qua Conclusione sic
facta Dns ad petitionem eiusdem Magri Say assignavit ad audiendum sententiam suam finalem decretum
ad statim Consequenter vero facta alia trina preconizatione omn et singulorum oppositorum sic ut premittitur
Citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte opponentium vel obiicientium Dns ad petitionem
dicti Magri Willmi Say Pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum
huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolacionem sente diffinitive in huiusmodi Negotio vocatis sic citatis
et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante **Deinde** prestito Iuramento
per prefatum Magrum Johem Powell nomine Procuratorio pfati dni Electi ac in animam suam de
fidelitate debita et subiectione pfate Serenissime dne nre Regine prestand et exhibend Necnon
de renuntiando et refutando et renunciand omni et omnimod potestatem auctoritatem Iurisdictionem et Superioritatem
foraneas iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius regni in ea parte edit et
provisis **Dictus** Magr Yale ad petitionem prefati Magri Say tulit Legit et promulgavit
Sententiam diffinitivam in dicto Confirmacionis Negotio in scriptis conceptam Pronuntiando declarand
et cetera faciend prout in eadem continetur **Super** quibus omnibus et singulis tam dictus Magr
Johes Powell procurator dni Electi Assaphen quam memoratus Mr Say me Notarium publicum
antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes
inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt **Postremo**
vero dictus Magr Yale Vicarius antedictus ad petitionem dicti Magri Johis Powell Procuratoris dni
electi antedicti decrevit sibi Lras testimoniales super premissis omnibus et singulis [illegible] sic ut premittitur
expeditis **Necnon** deinde dictum electum et confirmatum installandum fore in realem actualem et corporalem
possessionem dicti Epatus Assaphen Iuriumque et dignitatum honorum preeminentiarum suorum universorum iuxta More
et Consuetudinem laudabilem eiusdem ecclie Cathedralis Assaphen Legibus et Statutis huius Regni
Anglie non repugnan presentibus tunc ibidem Edwardo Phillipps Rolando Edwardes Roberto Walker
Thoma Redman et multis aliis testibus &c

Lr̃e Patentes de Assensu Regie Ma^tis

Elizabeth dei gra Anglie Francie et hibernie Regina fidei defensor &c Reuerendissimo in Xpo Patri et predilecto ac fideli nro Mattheo Cantuarien Archiepo ac alijs quibuscumqz Epis seu quor in hac parte interit Saltm Cum vacante nuper Sede Epali Assaphen per mortem nat vltimi Epi eiusdem Ad humilem peticionem decani et Capituli Ecclie nre Cathedralis Assaphen per Lras nras patentes Licenciam eis Concesserimus aliud sibi eligendi in Epm et Pastorem Sedis Epalis predict ijdem decanus et Capitlm vigore et obtentu lice nre predict dilcm et fidelem nrm Willmum hughes sacre Theologie professorem sibi et Ecclie predict elegerunt in Epm et Pastorem prout per Lras suas Sigillo eor coi Sigillatas nobis inde direct plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrm Assensum Adhibuimus pariter et fauorem et hoc vobis tenore pntium Significamus Rogantes in fide et dilectione quibz Nobis tenemini precipiendo Mandantes quatenus vos eundem Willmum Hughes in Epm et Pastorem Ecclie Cathis Assaphen predict sic vt prefertur elect Electionemqz predictam Confirmare et eundem Willmum Epm et Pastorem Ecclie Assaphen pd Auctorizare et Investire Ceteraqz oia et singula peragere que vro in hac parte Incumbit Officio Pastorali iuxta formam Statutorum in ea parte editor et provisor velitis cum effectu et fauore In cuius rei testimonium has Lras nras fieri fecimus patentes Teste meipa apud Westm vndecimo die decembris Anno regni nri Sexto decimo

Procuratorium Capitli Assaphen

Pateat vniuersis Xpi fidelibz pntes Lras inspecturis visuris pariter et audituris Quod Nos Hugo Evans decanus Ecclie Cathedralis Assaphen et eiusdem Ecclie Capitulum Saltm Cum vacante nuper Sede Epali Assaphen per mortem naturalem bone memorie dni Thome nuper eiusdem Sedis Epi Nos decanus et Capitulum ad electionem futuri Epi nri iuxta Licenciam & facultatem nobis ab illustrissima in Xpo principe et dna nra dna Elizabz dei gra Anglie Francie & hibernie Regina fidei defensor &c in ea parte indulta proceden venerabilem virum Willmum hughes sacre Theologie professorem in Epm Assaphen concorditer et vnanimiter elegerimus atqz huiusmodi nram electionem Regie Maiestati debita cum reverentia Significauimus Volentes igitur vt huiusmodi nra Electio atqz Negotium electionis huiusmodi suum debitum sortiatur effectum Dilcos nobis in Xpo venerabilem virum Magrum Thomam yale Legum doctorem ac Willmum Say Notarium publicum Regieqz Maiestatis Registrarium et Magrum Johannem Powell Clicum x x x x con^tim et eorum quemlibet per se diuisim Nostros veros et Lrimos procuratores Actores factores Negotiorumqz nrorum gestores et nuncios speciales ad infrascript Nominamus ordinamus facimus et Constituimus per pntes Damusqz et tenore pntium Concedimus eisdem Procuratoribus nris Coniunctim vt prefertur et diuisim ptatem generalem et Mandatum speciale pro Nobis et Noie nro coram Re^mo in Xpo Patre et Dno dno Mattheo diuina Providentia Cantuar Archiepo totius Anglie primat et Metropolitano eiusve in Spualibz vicario generali aut alio ptatem et Auctoritatem in hac parte habente quocumqz comparendi Nosqz a personali Comparitione excusandi ac causam et causas absentie nre allegandi proponendi et probandi Necnon Lras testimoniales de et super processu electionis nre huiusmodi confectas ac Sigillo nro Capitulari Sigillatas totum et integrum processum electionis nre huiusmodi Negotium in se complectentes tam dicto Re^mo Patri seu alij ptatem vt prefertur habenti vel habituro quam etiam dicto venerabili viro electo Assaphen Epo presentand et ostendendi Dictumqz venerabilem x x electum vt electioni nre huiusmodi de persona sua vt prefertur fact consensum et Assensum suum prebere dignetur ex parte nra debita cum instantia humiliter rogandi et requirendi dictumqz Reuerendissimum patrem Cantuar Archiepm et Metropolitanum vt ad huiusmodi electionis nre confirmationem iuxta iuris exigentiam et preteriti temporis morem et Consuetudinem in Similibus hactenus vsitat procedere illudqz cum effectu perficere et ad optatam finem perducere dignetur etiam rogandi et requirendi Ceteraqz oia et singula faciendi exercendi et expediendi que ad huiusmodi Confirmationis Negotium necessaria fuerint seu quomodolibet requisit Etiam si talia sint que mandatum de se magis exigat speciale quam pntibus est expressum Et que Nos ipi faceremus seu facere possemus aut deberemus si in ea parte personaliter interessemus Promittimusqz Nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid ab eisdem nris Procuratoribus vel eorum aliquo Actum gestum vel procuratum fuerit in premissis vel eor aliquo Sub ypotheca et obligatione omnium bonorum nrorum Et in ea parte cautionem exponimus per pntes In cuius rei testimonium Sigillum nrm Capitulare pntibz Apposuimus Dat in domo nra Capitulari xxvj^mo die mensis Novembris Anno dni Millimo Quingen^mo Septuagesimo tertio

Procuratorium dni electi Assaphen

Pateat vniuersis per pntes Quod Ego Willmus Hughes sacre Theologie professor in Epm et pastorem Ecclie Cathis Assaphen per decanum et Capitulum eiusdem Ecclie Cathis predict rite et Lrime electus dilcos michi in Xpo Johem Powell clicum con^tim et diuisim meos veros certos Lrimos et indubitatos procuratores actores factores Negotiorumqz meorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta Nomino ordino facio et Constituo per pntes Doqz et Concedo eisdem Procuratoribus meis con^tim et eorum alteri per se diuisim et insolidum ptatem generalem ac Mandatum speciale pro me ac vice Loco et Noie meis coram Re^mo in Xpo Patre et dno Mattheo Cantuar Archiepo totius Anglie Primat et Metropolitano eiusve vicario in Spualibz generali aut Commissario quibuscumque comparendi Meque a personali Comparitione excusandi ac tam et causas absentie mee huiusmodi allegandi et proponendi ac si opus fuerit fidem faciendi et Iurandi Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Assaphen per prefatum decanum et Capitulum factam et celebratam approbari et confirmari Meque in Episcopum Assaphen induci et intronizari petendi requirendi et impetrandi Decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna ferri et interponi petendi et obtinendi Iuramentum insuper tam de fidelitate subiectione et obedientia dicte Serenissime dne nre Regine Elizabeth heredibus et Successoribus suis prestandi et exhibendi Necnon de renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam auctoritatem potestatem Iurisdictionem et superioritatem forinsecas secundum veram formam et effectum Statuti huius inclyti regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam et pro me prestandi subeundi et Iurandi quam etiam quodcumque aliud Iuramentum licitum et honestum ac de iure Legibus et Statutis huius regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandi subeundi et iurandi quam etiam quodcumque aliud Iuramentum licitum et honestum ac de iure Legibus et Statutis huius regni Anglie in hac parte edit et provis Et generaliter omnia alia et singula faciendi exercendi et expediendi que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiam si mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittoque me ratum gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti Procuratores mei fecerint seu eorum aliquis fecerit in premissis vel aliquo premissorum Sub ypotheca et obligatione omnium bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes In cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri dni Archin Carliolen presentibus apponi feci Et Nos Archinus antedictus Ad specialem rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus Dat xj° die mensis decembris Anno dni Millesimo Quingentesimo lxxiiij

Citatio contra Oppositores

Mattheus &c Universis et singulis Clericis et Literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuar ubilibet constitutis Salutem gratiam et ben Cum vacante nuper Sede episcopali Assaphen per mortem bone memorie dni Thome Davis ultimi et immediati Episcopi et Pastoris eiusdem Decanus et Capitulum Ecclesie cathedralis Assaphen predicte pro electione novi et futuri Episcopi licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint atque in huiusmodi electionis Negotio rite procedentes venerabilem virum Magistrum Willelmum Hughes sacre Theologie professorem in suum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegerint Cumque Serenissima in Christo princeps et dna nra dna Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor &c Ad humilem preces eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prefati electi regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per Literas patentes regias suo magno Sigillo Anglie Sigillatas Nobis Significavit Mandando quatenus Nos electionem predictam et personam electam Confirmare et eundem et eundem Willelmum Hughes in Episcopum Assaphen consecrare iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum ea celeritate accomoda prout per easdem Literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nre Regine Mandatis pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi Confirmationis Negotio iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos Si qui essent qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem et locum et effectum subscriptos evocandos et Citandos fore decrevimus iustitia mediante Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo Mandamus Quatenus Citetis seu Citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem Bte Marie de Arcubus London nre ac Ecclesie nre Metropolitice Christi Cant Iurisdictionis immediate necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra Ecclesiam parochialem predictam vel in aliis locis publicis ubi videbitur expedire omnes et singulos Oppositores Si qui sint in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet Compareat coram Nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et officiali Principali in eadem Ecclesia de Arcubus die Sabbati viz duodecimo die mensis decembris inter horas octavam et decimam antemeridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequen si oporteat contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam dicturi excepturi vel opposituri Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti Negotii qualitas et Natura de se exigunt et requirunt Intimantes insuper modo et forma predictis citatis omnibus et singulis Oppositoribus si qui sint in specie Alioquin in genere quibus Nos etiam tenore presentium sic intimamus Quod si ipsi sic Citati dictis die hora et loco coram Nobis comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos &c Nihilominus in dicto confirmationis Negotio iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus ipsorum sic citatorum et non comparentium contumaciis in aliquo non obstan Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum antedictum dictis die hora et loco debite et autentice Certificetis Dat Sub Sigillo nro Octavo die mensis decembris Anno dni 1574

Certificatorium super execucione eiusdem

Reverendissimo in Christo Patri et dno dno Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali officiali principali vel alii Iudici in hac parte competenti cuicumque Vester humilis et devotus Robertus Cole clericus Rector Ecclesie parochialis Bte Marie de Arcubus London vestri infrascripti Mandatarius literarum Reverende paternitatis vestre omnimodam reverentiam et obedientiam debitam et condignam cum honore Mandatum vestrum huic certificatorio annexum nuper ea qua decuit reverentia humiliter recepi cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos si qui sint qui

contra electionem prenominati Magri Willm Hughes Sacre theologie professoris in Epm et Pastorem
Ecclie Cathis Assaphen aut formam eiusdem dicere excipere vel opponere voluerint alta et intelligibili
voce in Ecclia Parochiali Sce Marie de Archubus prox Nono die presentis mensis decembris 1573 inter
diuinorum solemnia peremptorie iuxta vim formam et effectum eiusdem Rmi mandati Citavi quod
Compareerent et eorum quilibt compareret coram vobis die hora et Loco atque ad effectum in huiusmodi Rmi
mandat content et specificat Et sic Ego Mandatarius antedictus huiusmodi Rmi mandatum quatenus in me
est in oibus et per oia humiliter sum exequutus In cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri
dni Archni Crostion presentibus apponi feci Dat. decimo die decembris Anno dni Millimo quingentesimo
Septuagesimo tertio

Prima Schedula contra Oppositores

In dei noie Amen Nos Thomas Yale Legum doctor Reverendissimi in xpo Patris et dni
dni Matthei diuina prouidentia Cantuar Archiepi totius Anglie Primat et Metropolitani
Vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis sufficienter legitime deputatus et constitutus In Negotio Confirmaconis
electionis de persona venerabilis viri Magri Willm Hughes sacre Theologie professoris in Epm et
Pastorem Ecclie Cathis Assaphen elect fact Celebrat rite et legitime procedend Omnes et singulos
Oppositores qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere
excipere vel opponere voluerint Ad Comparend coram Nobis istis die hora et Loco si sua
putaverint interesse contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam
in debita iuris forma dicturi excepturi et proposituri legitime et peremptorie Citatos sepius publice
preconizat diuque et sufficienter expectat et nullo modo comparen Ad petitionem procuris decani et
Capituli Ecclie Cathis Assaphen predict pronunciamus contumaces Et eos quod et eorum quemlibt in penam
contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam
electam huiusmodi precludimus in his Scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmaconis Negotio
procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam Eorum sic Citatorum et non
comparen absentia sive Contumacia in aliquo non obstan

Summaria Petitio

In dei noie Amen Coram vobis reverendissimo in xpo Patre et dno dno Mattheo
permissione diuina Cantuarien Archiepo totius Anglie primat et Metropolitano vestrove vicario
in spiritualibus generali et officiali Principali sufficienter et legitime Constitut Pars venerabilium viror
decani et Capituli Ecclie Cathedralis Assaphen dicit allegat et in his Scriptis ad omnem Iuris
effectum exinde sequi valente per viam Summarie Petitionis in Iure Proponit articulatim prout sequitur

Inprimis Quod Sedes Epalis Assaphen per mortem naturalem dni Thome Davys
nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit Pastorisque Solatio destitut extitit Hocque fuit
et est verum publicum Notorium manifestum pariter et famosum Et Ponit coniunctim et diuisim et de
singulis

Item Quod dicta Sede Epali Assaphen sic existen dudum vacan decanus et Capitulum
Ecclie Cathedralis predict Capitulariter congregati et Capitulum facientes licentia regia prius in ea parte
petita et obtenta certum diem ac domum ac domum suam Capitularem Ecclie Cathis predict Ad electionem
futuri Epi Assaphen Celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt ac oes et singulos eiusdem Ecclie
cathis Canonicos et Prebendarios Ius vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere
pretendentes Ad diem et Locum predictos in huiusmodi electionis Negotio processur et procedi visur legitime
et peremptorie Citari fecerunt Hocque fuit et est verum et Et Ponit ut supra

Item Quod prefati decanus et Capitulum die et Loco prefixis eorum
ultimo preterit Capitulariter Congregati et plenum Capitulum facientes Servatisque Servandis per
nos de Iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte Servandis habit per Nos tractatu
diligenti de persona idonea eligend in Epm et Pastorem Ecclie Cathis predict tandem unanimiter et
Concorditer nullo eorum contradicen vel reclaman venerabilem virum Magrum Willm Hughes sacre
Theologie professorem in eorum et dicte Ecclie Cathedralis Epm et Pastorem elegerunt et ecclie memorate
de eodem providerunt Et Ponit ut supra

Item Quod electio huiusmodi et Persona electa die prenotato In Ecclia Cathi Assaphen predict coram
Clero et populo tunc ibm in Multitudine copiosa congregat debite publicate et declarate fuer
Et Ponit ut supra

Item Quod dictus venerabilis vir Magr Willmus Hughes electionem de persona sua in Epm
Ecclie Cathedralis Assaphen ut prefertur fact et Celebrat Ad humilem petitionem eorundem decani
et Capituli debitis loco et tempore Consentiebat et Consensit sicut eidem Probit in Scriptis Per eum
Lectis Et Ponit ut supra

Item Quod prefatus Magr Willmus Hughes fuit et est vir providus et discretus literarum
eminenti scientia vita et Moribus merito commendatus liber et de legitimo Matrimonio procreatus atque
in etate legitima et ordine Sacerdotali Constitutus Necnon deo devotus et Ecclie Memorate
apprime necessarius Hocque fuit et est verum et Et Ponit ut supra

Item Quod prefatus decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime
dne nre Regine Elizabeth per Ltras suas patentes Sigillo eorum Corroboratas pro officio debit iuxta

statuta huius incliti regni Anglie significarunt et intimarunt Et ponit ut supra

Item Quod presentato pro parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie Sublimitati processu electionis huiusmodi eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua Clementia regia electioni huiusmodi de persona prefati venerabilis viri Magistri Willelmi Hughes sic ut prefertur facte et celebrate Consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet illamque ratam et gratam habuerit et habet Fuitque et est verum premissa

Item dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato reverendissimo Patri de assensu et consensu suis Regiis huiusmodi electioni ut prefertur adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predictam huiusmodi confirmare ipsumque insigniis Episcopalibus insignare et decorare ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi velitis in favore Hocque

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita Ad quam faciendam offert se Pars dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis Petit eadem Pars prefatam electionem et personam electam confirmandam decerni et tam esse confirmatam iuxta vim formam Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam necnon literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte Curamque regimen et Administrationem Episcopatus Assaphen eidem electo committi Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Assaphen Iuriumque et pertinentium universorum suorum inducendum et intronizandum fore decerni **Ulteriusque** fieri et ministrari in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iustum fuerit Iuris Supplendo defectus quoscumque in hac parte interveniendum **Que** proponit et fieri petit Pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probandum Nec ad onus superflue probationis de quo protestatur Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis iuris beneficio in omnibus semper salvo vestro officio domine Judex antedicte humiliter implorando

Processus Electionis &c

Universis et singulis Christi fidelibus presentes literas testimoniales sive presens processus inspecturis vel audituris aut ad quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum **Hugo Evans** Artium Magister Decanus Ecclesie Cathedralis Assaphen et eiusdem Ecclesie Capitulum Salutem in domino Sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere **Ad universitatis** vestre Notitiam deducimus et deduci volumus per presentes **Quod** vacante nuper Sede Episcopali Assaphen per Mortem Naturalem Reverendi in Christo Patris et domini domini Thome Davis ultimi Episcopi et Pastoris eiusdem Nos Decanus et Capitulum antedicti ne eadem Ecclesia Cathedralis per suam diutinam vacationem aliqua pateretur incommoda ad electionem futuri Episcopi et Pastoris eiusdem procedere volentes habita primitus licentia regia de alio in Episcopum nostre Ecclesie eligendo diem Sabbati videlicet xxviijo die presentis mensis Novembris horam qua Capitulum celebrari consuevit ac domum Capitularem predictam cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium et locorum si oporteat in ea parte fiendam Nobiscum tunc ibidem presentibus et aliis eiusdem Ecclesie Canonicis et Prebendariis absentibus ius vocem aut interesse in electione futuri Episcopi et Pastoris Ecclesie memorate habentibus seu habere pretendentibus ad electionem futuri Episcopi et Pastoris prefate Ecclesie Cathedralis divina favente Clementia celebrandam pro termino et loco competentibus prefiximus et assignavimus **Ad quos** quidem diem horam et domum Capitularem antedictam omnes et singulos Canonicos predicte Ecclesie ius vocem aut interesse in huiusmodi electione et electionis Negotio habentes in specie Ceterosque omnes alios et singulos si qui essent qui de iure seu consuetudine in hac parte ius aut interesse habere pretenderent in genere Ad procedendum et procedi videndum nobiscum in eodem electionis Negotio ac in omnibus et singulis actis posterioribusque ad finalem expeditionem inclusive iuxta morem antiquam et laudabilem consuetudinem Ecclesie predicte in hac parte ab antiquo usitatam et inconcusse observatam legitime et peremptorie citandos evocandos et monendos fore decrevimus et in ea parte literas Citatorias fieri in forma efficaci valida et assueta fecimus **Quo** quidem die Sabbati videlicet xxviijo die presentis mensis adveniente hora qua Capitulum dicte Ecclesie celebrari consuevit **Nos** prefatus Decanus una cum aliis Confratribus nostris Canonicis et prebendariis eiusdem Ecclesie infranominatis Campana ad Capitulum celebrandum primitus publice pulsata domum Capitularem predictam ingressi et ibidem Capitulum facientes et celebrantes cunctipotentis dei auxilio implorato hymno veni Creator spiritus per ministros Ecclesie publice decantato in dilecti Nobis in Christo magistri Johannis Lloide Notarii publici Capituli nostri Registrarii et testium infranominatorum presentiis Comparuit personaliter coram Nobis quidam Hugo Peake literatus ac produxit et exhibuit Mandatum Citatorium originale a nobis antea emanatum ac inferius descriptum una cum Certificatorio in dorso eiusdem ac schedula quadam eidem annexa Nomina et Cognomina omnium et singulorum Canonicorum et Prebendariorum nostre Ecclesie Cathedralis vigore dicti Mandati Citatorii in se continentem **Quorum** quidem Mandati et Certificatorii et Schedule veri tenores sequuntur et sunt tales **Hugo Evans** artium Magister Decanus Ecclesie Cathedralis Assaphen et eiusdem Ecclesie Capitulum universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque in et per totam diocesim Assaphen et precipue Hugoni Peake Ecclesie Cathedralis Assaphen Sacriste Salutem in Auctore Salutis **Cum** Sedes Episcopalis Assaphen per Mortem Naturalem Reverendi in Christo Patris domini Thome Davis ultimi Episcopi eiusdem iam vacat et pastorali solatio destituta existit **Nos igitur Decanus et Capitulum**

antedict ad futuri Epi et Pastoris eiusdem Sedis electionem habita prius Regie Mate licentia procedere
volentes Nobis prius presentibus ac omnibus et singulis aliis Canonicis et Confratribus nris absentibus qui ius vocis
et interesse in electione huiusmodi haberent seu habere pretenderent diem Sabbati viz xxiiij diem mensis
Novembris prox futur hora qua Capitulum eiusdem Ecclie Celebrari Consuevit ac domum Capitularem
predict cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et locorum si oportebat fiend prefiximus et
assignavimus Ad quos quidem diem horam et locum omnes et singulos ipsius Ecclie tunc Canonicos et prebendarios
tam presentes quam absentes ius et vocem in huiusmodi electione habentes Ad procedendum et procedi videndum in
huiusmodi electionis negotio ac omnibus et singulis actis eiusdem Ecclie Ceteraque omnia et singula que circa huiusmodi
electionem necessaria fuerint seu de iure aut consuetudine Ecclie predicte et huius incliti regni Anglie statutis
requisit usque ad finalem expeditionem eiusdem negotii inclusive per affixionem presentium in ostio domus nre
Capitularis antedict aliisque viis et modis iuxta morem preteriti temporis ac Statuta et laudabiles
Consuetudines Ecclie Cathedralis predict hactenus in ea parte usitat et observat peremptorie citandos fore
decrevimus **Quocirca** vobis contim et divisim Committimus et Mandamus tenore presentium quatenus
Citetis seu Citari faciatis peremptorie omnes et singulos prefate Ecclie Cathedralis Assaphen
Canonicos prebendarios per affixionem presentium in ostio domus nre Capitularis antedict et alibi
divisis iuxta Statuta et laudabiles Consuetudines Ecclie predicte quos Nos etiam tenore presentium sic
Citamus quod Compareant et quilibet eorum compareat coram Nobis xxiiij^o die mensis Novembris prox
futur in domo Capitulari predict hora qua Capitulum ibm Celebrari consuevit cum continuatione et
prorogatione dierum horarum extunc sequen (Si oportebat) in prefat electionis Negotio ac singulis actis
eiusdem usque ad finalem expeditionem ipsius Negotii inclusive fiend legitime processur et procedi visur
Ceteraque omnia et singula que huiusmodi electionis negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt
factur ulterius et auditur **Intimetis** preterea Citatis predictis omnibus et singulis harum serie
quibus nos etiam sic intimamus Quod si non precise iuxta effectum Citationis huiusmodi dictis die hora et loco sic prefixis
assignat nobiscum Comparuerint sive non tamen eisdem die hora et loco in dicto electionis Negotio
usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive procedemus prout de iure et Consuetudine fuerit procedend
dictorum sic Citatorum absentia in aliquo non obstan **Et quid** in premissis feceritis Nos dictis die hora et loco
debite Certificetis alter vestrum qui presens nostrum Mandatum fuerit executus una cum presentibus prout decet **In
cuius rei testimonium** Sigillum nrm quo in hac parte ad presens utimur presentibus est appensum
Dat in domo nra Capitulare xxiij^o die mensis Novembris Anno dni Millimo Quingenmo lxxiij^o
Venerabilibus viris Magistro Hugoni Evans artium Magistro Decano Ecclie Cathedralis Assaphen
et eiusdem Ecclie Capitulo vroque venerandis universis vester humilis et devotus Hugo Peake licet
prefate Ecclie Cathedralis Sacrista vester ad infrascripta Mandatarius vester et legitime deputatus omnimodam
reverentiam et obedientiam cum obsequii exhibitione tantis viris debit et condign Mandatum vestrum reverendum
retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend Cuius quidem vigore peremptorie
et citavi omnes et singulos Canonicos Prebendarios prebendas in dicta Ecclia obtinentes in electione
futuri Epi et Pastoris eiusdem Ecclie ius vocem aut interesse haben aut habere pretendentes in
specie et in genere iuxta Statuta et Consuetudines Ecclie predicte per affixionem presentium in ostio domus
vre Capitularis antedict peremptorie Citavi **Quod** Compareant et quilibet eorum compareat
coram vobis die hora et loco in Mandato vestro reverendo predicto specificat una cum continuatione
et prorogatione dierum et horarum extunc sequen et locorum si oportebat atque ad omnem effectum in eodem
Mandato vestro retroscript mentionat Et sic Mandatum vestrum predictum in forma iuris demandat
debite executus sum Nomina vero et Cognomina dictorum Canonicorum ut premittitur Citatorum cum designatione
Prebendarum suarum inferius describuntur **In cuius rei** testimonium quia Sigillum autenticum in promptu
habere non potui ideo nomen meum hic subscripsi per me Hugonem Peake Licatum **Magr
Hugo Evans** Decanus Ecclie Cathis Assaphen Venerabilis vir Mr Thomas Yale legum
doctor Prebendarius Prebende de Vaynoll Precentor eiusdem Ecclie Cathis Mr Robertus Hotle
Prebendarius Prebende de Llaninth Cancellarius dicte Ecclie Cathedralis nri David Powell
et Adam Rosse comporcionarii Prebende de Llandvaire Mr Johannes Price in Legibus Bacal
prebendarius Prebende de Myvott Magr Henricus Jones legum doctor Canonicus Ecclie Cathis
predicte Dns Johes Powell Clericus Canonicus ibm Mr Galfrus Kyffyn in legibus Baccalaureus
Canonicus ibm D Ricus Wyn Clericus Canonicus ibm Mr Robertus Hughes artium Magr Canonicus
ibm Dns Willms Vaughan Clericus Canonicus ibm et Galfrus Barton Canonicus ibm **Deinde**
Nos prefatus Decanus et Capitulum literas patentes Regie maiestatis Sigillo Magno Anglie Sigillat
Nobis in hac parte direct publice coram Nobis perlegi fecimus et Mandavimus quarum tenor sequitur
in hec verba **Elizabeth** Dei gra Anglie Ffrancie et Hibernie Regina Fidei defensor etc dilectis
Nobis in Xpo Decano et Capitulo Ecclie Cathedralis Assaphen Salutem Ex parte vestra et
Quibus sic expeditoribus ac singulis predicte Ecclie Canonicis ius et vocem in huiusmodi electione et
electionis Negotio habentibus seu habere pretenden legitime et peremptorie ad hos diem horam et locum

Citatis publice preconizatis comparuerunt personaliter vna nobiscum prefato decano Mr Galfridus Kyffyn -
in legibus Baccalaureus et Magister Willelmus Vaughan Canonici dicte ecclesie Cathedralis Et tunc Nos -
decanus et reliqui Confratres nostri antedicti prenominatum Johannem Lloyd in huiusmodi Negotii Actorum scribam -
Necnon dominum Evanum Lloyd dominum Galfridum Robertes Willelmum Davys et dominum Thomam Hollande clericos -
Vicarios Chorales ecclesie Cathedralis predicte in testes presentis electionis Negotii et agendorum in eodem
personaliter tunc presentes rogavimusque nobiscum remanere **Deinde** Nos prefat decanus de consensu fratrum
predictorum tunc ibidem presentium in huiusmodi electionis Negotio procedentes omnes et singulos alios Canonicos -
et Prebendarios ad eosdem diem horam et locum citat publice et alta voce preconizat diuque et -
sufficienter expectat et nullo modo comparen pronunciavimusque contumaces et in pena contuma-
ciarum huiusmodi ad ulteriora in huiusmodi electionis Negotio procedendum fore decrevimus eorum sic citatorum -
et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in schedula per Nos in ea -
parte lecta plenius continebatur Cuius tenor sequitur et est talis **In dei noie Amen** Nos
Hugo Evans artium Magister huius ecclesie Cathedralis Assaphen decanus de et cum assensu
consensu et voluntate totius Capituli eiusdem ecclesie omnes et singulos Canonicos et prebendar
predicte ecclesie cathedralis ad hos diem horam et locum citat procedend et procedi videnda in -
in Negotio electionis futuri Episcopi et pastoris ecclesie cathedralis predicte iuxta morem procedenti tempore
in eadem ecclesia Cathedrali hospitat et observat legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizat
diuque viz in hos diem horam et locum assignat expectatos et nullo modo comparen pronunciamus
contumaces et in pena contumaciarum suarum huiusmodi et eorum cuiuslibet decernimus procedendum fore et -
ad ulteriora in huiusmodi electionis Negotio eorum sic citatorum absentia sive contumacia in aliquo non
obstan pro pleno Capitulo in personis comparentibus pronunciantes et pronunciamus in hiis scriptis
Mox vero prefatus decanus de similibus voluntate et consensu eorundem Confratrum suorum quandam
quandam Monitionem et Protestationem in scriptis sibi redact et concept fecimusque et legimusque tunc
et ibidem tenorem sequentem de verbo in verbum in se continentes **In dei noie Amen** Nos Hugo
Evans Artium Magister huius ecclesie Cathedralis Assaphen decanus vice mea ac vice nomine omnium et singulorum -
Canonicorum et Confratrum meorum hic presentium Monemus omnes et singulos suspensos excommunicatos et interdictos si qui
forsan inter Nos sint qui de iure seu consuetudine aut quavis alia occasione seu causa in presenti -
electionis Negotio interesse non debent quod de Domo Capitulari statim iam recedant ac Nos et alios de
presenti Capitulo ad quos ius et potestas eligendi pertinet libere eligere permittant Protestamur
omnibus via modo et iuris forma melioribus et efficacioribus quibus melius aut efficacius possumus et
et debemus nomine iuris ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum Prebendariorum et confratrum
meorum predictorum hic iam comparen quod non est mea nec eorum voluntas tales admittere tanquam ius -
vocem et interesse in huiusmodi electione habentes aut procedere seu eligere cum eisdem sive voluimus et
et volumus quod vocem talium (si qui postmodum reperiantur quod absit) intervenisse in dicta electione
nulli prestent auxilium nec afferent alicui nocumentum Sed prorsus pro non receptis et non
habitis nullisque et invalidis penitus et omnino habeantur et censeantur Canonicos vero presentes pro
pleno Capitulo ecclesie predicte habendos et censendos fore debere pronunciamus et declaramus in
hiis scriptis **Quo facto** Nos prefat decanus et Canonici antedicti de et super forma electionis
huiusmodi ac per quam viam sive forma fuerit procedendum ad electionem futuri Episcopi et Pastoris ecclesie
Cathedralis predicte diligenter tractavimus Ac tandem Nobis ac omnibus aliis Canonicis supradictis -
ut presertim tunc ibidem presentibus et Capitulum in ea parte facientibus visum est et placuit ideo electionis
per viam quasi inspirationis spiritus sancti procedere ac per illam viam sive formam sic procedentes
Venerabilem virum Magistrum Willelmum Hughes sacre Theologie professorem in nostrum et dicte
ecclesie cathedralis Assaphen Episcopum et Pastorem per Regiam Maiestatem Nobis providentem et meritorum suorum
dotibus commendatum unanimiter et concorditer nullo tunc contradicente vel reclamante elegimus
in Communi sub eo qui sequitur verborum tenore **In dei noie Amen** Nos Hugo Evans
artium Magister huius ecclesie cathedralis Assaphen decanus de et cum expressis consensu et assensu
et voluntate omnium et singulorum Confratrum meorum hic iam presentium venerabilem virum Magistrum Willelmum
Hughes sacre Theologie professorem virum utique providum et circumspectum literarum scientia vita et
Moribus merito commendatum liberum de legitimo Matrimonio Procreatum atque in etate legitima et ordine
Sacerdotali constitutum in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum scientem valentem et volentem
iura et Libertates dicte ecclesie tueri et defendere in Episcopum et Pastorem ecclesie cathedralis predicte per viam
quasi inspirationis de concordibus animis omnium presentium Nominamus et eligimus in hiis Scriptis **His sic**
huiusmodi modo expeditis Nos Decanus antedictus Electionem huiusmodi et personam electam Clero et -
Populo declaravimus et Manifestavimus prout Moris est atque in similibus fieri assolet **Postremo**
vero Nos Decanus et Capitulum antedicti Domum nostram Capitularem egredientes et Chorum -

eiusdem Eccli(es)ie Cathedralis intrantes ac ibm ad gradus superiores prope mensam sacre Communionis ministracionem per Nos publicat et declarat Electione predca hymnum Te deum Laudamus in sermone anglicano per Ministros Chori decantari Mandavimus et fecimus In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium Nos prefatus Decanus et Capitulum has pntes Lras nras testimoniales inde fieri ac Sigilli nri Communis appensione communiri Necnon per prefatum Magrm Johem Lloyd Notarium publicum et Capituli nri predicti Registrarium antedictum subscribi Mandavimus et fecimus Acta fuerunt hec oia et singula premissa Sub modo et forma supius annotatis Dicto xxviij° Die Mensis Novembris Anno Dni Millmo Quingentmo Septuagemo tercio Et Regni Serenissime dne nre Regine Elizabeth Dei gra Anglie Ffrancie et hibnie Regine fidei defensor &c Anno Decimo sexto

Subscriptio Notarii

Et ego Johes Lloyde dioces Assaphen publicus auctoritate sufficienti Notarius publicus in pnti electionis Negotio Actorum scriba Assumptus **Quia** oibus et singulis premissis dum sic ut premittitur Sub anno dni regniq3 dne nre Regine Elizabeth die mens et loco respective predictis Agebantur et fiebant pns personaliter interfui Eaq3 oia et singula sic fieri vidi scivi et audivi atq3 in Notam sumpsi Ideo hoc pns publicum Instrumentum manu alterius me interim aliis impedito Negotiis fideliter scriptum exinde confeci Subscripsi et publicavi atq3 in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoq3 Noie et Cognoie et Subscriptione meis solitis et Consuetis Signavi et in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter & requisitus

Johes lloyd Notarius pcus

Consensus Dni Electi Assaphen

In dei noie Amen Ego Willm Hughes sacre theologie professor in Epm et Pastorem Eccl(es)ie Cathedralis Assaphen rite et litime nominatus et electus Ad Consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem Eccl(es)ie Cathedralis instanter Rogatus et requisitus Dei dei omnipotentis Clementia fretus electioni hmoi de me et psona mea sic ut premittitur facte & celebrate Ad honorem Dei omnipotentis Pris filii et Spus sancti Consentio, eidemq3 Consensum & assensum meos semel atq3 iterum rogatus et interpellatus Prebeo in his scriptis

Per me gulielmum hughes elect Assaph

Secunda schedula pro Oppositores

In dei noie Amen Nos Thomas yale legum doctor Reverendissimi in xpo Patris et dni dni Matthei divina providentia Cantuar Archiepi totius Anglie primat et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et officialis principalis sufficienter et litime deputatus et Constitutus In Negotio Confirmationis de persona venerabilis viri magri Willm hughes sacre Theologie Professoris in Epm et pastorem Eccl(es)ie cathedralis Assaphen elect fact et Celebrat rite et litime proceden omnes et singulos Oppositores qui contra dicta electionem formam eiusdem aut psona in hac pte elect dicere excipere vel opponere voluerint Ad Comparendum coram Nobis istis die hora et loco si sua putaverint interesse contra dicta electione forma eiusdem aut persona sic ut pre electam in debita iuris forma dictur excipiend et proponend litime et peremptorie Citatos sepius publice preconizat diuq3 et sufficienter expectatos et nullo modo comparen Nec contra dictam electionem forma eiusdem aut personam in hac parte electa huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes Ad Petitione Procuris Decani et Capituli Eccl(es)ie cathis Assaphen pronunciamus contumaces et in pena contumaciar suar huiusmodi Decernimus Procedend fore ad Prolacone Sentie diffinitive sive finalis Decreti in huiusmodi causa ferend Ipor sic Citator et non Comparen Absentia sive contumac in aliquo non obstan

Juramentum Dni Electi Assaphen

John Ap Powell Clerk Proctor to the Reverende Father William Hughes doctor of Dyvinitie elect Bysshoppe of St Assaphe do utterlie testyfye and declare in my Conscience that the Quenes highnes ys the onely Supreme hedd and Governor of this Realme and of all other her highnes Domynyons and Countries aswell in all spuall or ecclesiasticall thinges or causes as temporall And that no fforrayne prince Persone Prelate State or Potentate hath or ought to have any Jurisdiction Power Superioritie Preemynence or Authorytie ecclesiasticall or Spuall within this Realme And therfore I doo utterly renownce and forsake all forreyne Jurisdictions Powers Superiorities and Authorities and doo promyse that from henceforthe I shall beare faith and true Allegiance to the Quenes highnes her heires and Lawfull Successors and to my power shall assiste & defende all Jurisdictions Pryvileges Preheminences and Authorities graunted or belonginge to the Quenes Matie her heires and Successors or united and annexed to the imperiall Crowne of this Realme So god me helpe and the Contente of this booke

Per me Johem Powell clericum Procuratorem dni elect pdci

Sententia Diffinitiva

In dei noie Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Thomam yale Legum doctorem Reverendissimi in xpo pris et dni dni Matthei divina providen

Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spualibz generalem officialem principalem legitime deputatum meritis et circumstanciis cuiusdam cause sive Negocii confirmacionis electionis de persona venerabilis viri Magri Willmi Hughes Sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclie Cathedralis Assaphen per mortem Naturalem bone memorie Thome Daves ultimi Epi et Pastoris eiusdem Sedis vacan electi facte et celebrate quod coram Nobis aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum rimatoque primitus per Nos toto et integro processu coram Nobis in dco Negocio habito et facto Atque diligenter recensito Servatisque per Nos de iure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis Ad nri finalis decreti sive Sententie diffinitive confirmacionis in huiusmodi Negocio ferende prolacionem sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum.

Die Martis / Sexto die mensis Octobris Anno dni predict inter horas primam et secundam post meridiem eiusdem diei In domo capitulari eccle xpi Cant predict In pntia mei Johis Incent notarii publici Registrarii predicti magr Georgius Acworth legum doctor vic et comm dicti Reverendissimi pris monicionem et iniunctionem hesterna die in hoc loco fact Thome Bull et aliis vicariis laicis dce eccle xpi Cant quoad lecturam articulorum xpiane fidei ex certis causis (ut asseruit) per reverendissimum dnm Matthew Archiepm Cant sibi declaratis partim reformavit atque ex parte eiusdem Reverendissimi patris monuit et iussit tam minores canonicos ipsius eccle tunc et ibm psonalr pntesque vicarios laicos in actis hesterni diei noiatos ut dcos articulos xpiane fidei superius mencionatos publice altaque et intelligibili voce legant et quilibet eorum legat in Choro eccle xpi Cant predict coram populo ad divina audiend congregat sub modo et forma sequen. viz

Mr Beslie and Mr Fynden appoynted to see the sayde declaracon reade accordinge to this order. /

Swyfte. /

Bull. /

Thomas Swyfte petycanon to reade the sayde declaracon in the place aforesayde uppon Sondaie nexte at morninge praier ymediatlie after the ende of benedictus And Thomas Bull Singinge man to reade the same at eveninge prayer ymediatlie after the ende of nunc dimittis the same daie. /

Hill. Marden. /

John Hill petycanon to reade the sayde declaracon uppon Sondaie come sevenight at morninge praier and John Marden at eveninge prayer. /

Robinson Coleman

David Robson petycanon uppon Sondaie come fortenight at morninge prayer And Robert Coleman the same daie at eveninge praier. /

Pears. Bourne.

Jacobe Pears petycanon uppon Sondaie come three weekes at morninge praier And Antonye Bourne singinge man the same daie at eveninge praier. /

Coaste. / Benskyn. /

Richarde Coaste petycanon uppon Sondaie come a monethe at morninge praier And James Benskyn singinge man the same daie at eveninge praier. /

Weekes Turpyn. /

Richarde Weekes petycanon uppon Sondaie come fyve weekes at morninge prayer And Richarde Turpyn singinge man the same daie at eveninge prayer. /

Cornewall Selbie.

John Cornewall petycanon uppon Sondaie come six weekes at morninge prayer and Willmus Selbie organ player the same daie in the after none at eveninge prayer. /

Mariner. Atkyns.

Thomas Mariner Chaunter uppon Sondaie come seven weekes at morninge prayer and John Atkyns the same daie at eveninge prayer. /

Browne Wade. /

Willm Browne gospeler uppon Sondaie come eight weekes at morninge prayer and John Wade Epistoler the same daie at eveninge prayer. /

Continuatio visitationis. /

Quibus sic factis prefatus magr Georgius Acworth vic et comm dicti Reverendissimi patris continuavit et prorogavit huiusmodi visitacionem in eodem statu quo nunc est usque in crastinum diem viz vii^m diem pxi^m mensis Octobris inter horas primam et secundam post meridiem ad hunc locum. /

Die Mercurii viz vii^o die mensis Octobris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo tercio In domo capitulari eccle xpi Cant inter horas primam et secundam post meridiem coram Reverendissimo in xpo patre Dno Mattheo Archiepo Cant in pntia mei Johis Incent notarii publici Registrarii &c Comparuerunt psonalr magri Thomas Godwyn decanus & Thomas Willowghbie Stephanus Nevinson Georgius Bullyn et Thomas Lawse

Lawse prebendarij necnon Richardus Beseley et Johannes Hulden predicatores minores Canonici, vicarij laici Choristæ ministri inferiores dicte ecclesie Quibus prefatus Reverendissimus pater dedit et ministravit quasdam Iniunctiones in scriptis concept quas per suum prefatum Registrarium suum et ibidem publice perlegi fecit et mandavit necnon sigillo suo Archiepiscopali sigillari fecit et manu sua propria subscripsit easque ab eisdem Decano prebendarijs predicatoribus et ceteris eiusdem ecclesie officiarijs et ministris quatenus eos et eorum quemlibet respective concernunt inviolabiliter observari mandavit sub penis in eisdem mentionatis. Deinde facta preconizatione Vulpiani Fullwell unius minorum Canonicorum alias ad interessendum coram prefato Reverendissimo patre istis die et loco moniti et non comparentis Reverendissimus pater pronunciavit eum contumacem et in penam contumacie sue huiusmodi decrevit officium suum in hac ecclesia pronunciari et haberi pro vacuo casu quo dictus Fullwell non reverterit ad ecclesiam predictam et sese super crimine ei imposito citra festum Sancti Thome Apostoli proxime futurum sufficienter purgaverit. Deinde dictus Reverendissimus pater continuavit et prorogavit huiusmodi visitationem suam ordinariam et metropoliticam quoad istam ecclesiam suam Cathedralem et metropoliticam Christi Cantuariensis usque in primum diem maij proxime futurum et in quemlibet diem citra ad eius arbitrium super intimatione in ea parte fiendum. Ac quoad Diocesim suam Cantuariensem usque in tertium diem Februarij proxime futurum et in quemlibet diem citra ad eius arbitrium super intimatione in ea parte similiter fiendum Necnon continuavit eandem visitationem suam metropoliticam quoad provinciam suam Cantuariensem usque ad Septennium et in quemlibet diem citra ad arbitrium dicti Reverendissimi patris /

Continuatio visitationis /

Octavo die Mensis Octobris Anno domini predicto Reverendissimus pater absolvit Symonem Clerke unum predicatorum ut magister Arworthe mihi significavit a sententia suspensionis alias in eum lata et restituit eum pristino suo statui in ecclesia predicta

Absolutio Clerke /

The complainte of the Cater and Cooke of the common hall made: Sexto octobris. 1573 /

Firste their saie that their cannote have money before hande for the provision of vittualls for the Schollers at the moste advauntage where their might bie beste cheape./ 1

Item that when meate is provided for the Schollers the Stuarde for the peti canons taketh the choise of yt and leveth the worste for the Schollers./ 2

Item that their have note a convenient Larder howse but suche a one as in the sommer tyme is so whotte that the meate will not be kepte swete in yt./ 3

Item Their lacke drippinge pannes and brasse pannes to seathe fishe in ./ 4

Item where as of late the Cater hade a severall Rome to laie in fishe, Salte and other necessarie provision for the comon hall, the same rome is nowe taken awaie and made a woode howse for one of the Prebendaries./ 5

Henrie Winford Cator. James Ffell. /

Septimo die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio In domo Capitulari ecclesie Christi Cantuariensis Reverendissimus pater dominus Mattheus Cantuariensis monuit Decanum ac prebendarios presentes viz magistros Willoughbie, Nevinson et Bullen ac Lawse prebendarios ut reformatio querele supradicte fiat sine dilatione ./

Tenor vero Iniunctionum de quibus in Actis septimi dicti mensis Octobris supra fit mentio in hec verba.

In dei nomine Amen Nos Mattheus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropolitanus Necnon ecclesie Christi Cantuariensis visitator atque ordinarius rite et legitime constitutus ad

Iniunctiones. /

honorem

honorem commodum et conservationem eiusdem Jurium libertatum et privilegiorum dicte ecclesie has Iniunctiones, ordinationes monitiones et interpretationes sequentes hac nostra ordinaria atque metropolitica visitatione, quam vicesimo tertio die mensis Septembris Anno domini 1575 inchoavimus et ulterius ex certis iustis et rationabilibus causis animum nostrum specialiter moventibus prorogandam esse duximus pendente vobis Decano et Capitulo ecclesie Christi Cant predict necnon prebendariis canonicis minoribus vicariis ceterisque eiusdem ecclesie officiariis et ministris quibuscunque quatenus vos vestrum et singulos concernunt damus indicamus et promulgamus easque a vobis omnibus et singulis quatenus vos concernunt firmiter observari ac compleri sub penis in eisdem sigillatim contentis virtute obedientie vestre canonice nobis de iure et statutis vestris debite mandamus atque precipimus. /

1

Inprimis volumus mandamus Iniungimus atque precipimus ut statuta et ordinationes ab Inclitissimo Rege Henrico octavo huius ecclesie Christi Cant fundatore edit et singula in eis content a vobis omnibus et singulis quatenus vos concernunt fidele et inviolabiliter conserventur si modo verbo dei aut legibus et statutis huius regni Anglie non repugnant quibus ita repugnantibus neminem vestrum teneri atque ligari pronunciamus et interpretamur Et insuper ad meliorem dictorum statutorum verbo dei legibusque ac statutis huius regni consonorum observationem prohibemus ne Decanus pro tempore existens nec aliquis canonicus seu quispiam aliquo beneficio salario vel stipendio in dicta ecclesia gaudens per se vel interpositam personam deinceps directe vel indirecte gratias literas dispensationes seu aliquid ad abrogationem vel derogationem dictorum statutorum quatenus ante impetret obtineat aut procuret impetrari obtineri seu procurari faciat impetratum obtentum seu procuratum accipiat admittat ratum vel gratum habeat aut quomodo modo alleget sed dispositioni ordinationi et reformationi dictorum statutorum se submittat atque in omnibus que eum tangunt pareat et obtemperet nisi forte huiusmodi gratia litera et dispensationes ex mero regie maiestatis motu, certaque scientia non ad alicuius persuasionem atque solicitationem libere atque sponte concedantur In quo casu is in cuius gratiam et favorem huiusmodi aliquid concedatur Iuramentum coram Decano seu vicedecano ac Capitulo vel nobis et successoribus nostris tempore visitationis prestabit quod ad eius procurationem persuasionem vel solicitationem obtentum non sit sub pena et sententia suspensionis ab huiusmodi gratiarum literarum atque dispensationum beneficio quam in omnes et singulos deinceps contra hanc nostram Iniunctionem delinquentes exnunc prout extunc et extunc prout exnunc ferimus et promulgamus in hiis scriptis. /

Pro statutorum observatione. /

2

Item ne dictorum statutorum aut Iniunctionum nostrarum cassa et effectata ignorantia cuiusque (quod ferendum non est) deinceps excusationis pretextum adferant volumus ut tam dicta statuta quam nostre et successorum nostrorum Iniunctiones monitiones statutorum declarationes in eisque ambiguitatum ac dubiorum interpretationes singulis Annis bis quolibet nempe Capitulo generali coram omnibus Canonicis ceterisque huius ecclesie ministris quibuscunque ad hoc vocatis in domo Capitulari publice per Decanum aut vicedecanum plane atque integre perlegantur Et ut in singulis Capitulis ac scrutiniis non modo de Statutorum predictorum sed etiam de cuiusmodi Iniunctionum monitionum declarationum et interpretationum observatione seu violatione diligens inquisitio reformatio correctio et emendatio fiat. Ac ut cuivis huius ecclesie Canonico, tam statuta quam Iniunctiones huiusmodi describere eorumque ac earum penes se copiam habere volenti vera exhibeatur a Decano vicedecano vel Thesaurario in loco Capitulari vel alio ad ea describenda apto et opportuno copia.

Pro interpretatione Statutorum et harum Iniunctionum. /

3

Item volumus ut graviores dicte ecclesie cause que moram ac maturam deliberationem pati possunt et requirunt, ut dimissiones ad reddit vel firmam aut locationes vel concessiones terrarum bonorum seu aliquarum possessionum dicte ecclesie vel aliquarum parcellarum eorundem alienationes aliquorum bonorum in premissis casibus litium inchoationes magnis ecclesie sumptibus prosequendarum nove ac sumptuose edificationes officiariorum maiorum seu superiorum dicte ecclesie electiones et admissiones ac cetera cuncta ecclesie negotia in quibus magnis vertitur ecclesie preiudicium non alio tempore modo aut forma nisi in duobus generalibus capitulis per statuta predicta limitatis proponantur, tractentur et concludantur sub pena amotionis perpetuo hiis qui contrarium attemptant. /

Ne fiant et locationes in c negotiis magnis nisi in generalibus Capitulis. /

4 Item quoniam Decanum et Capitulum dicte ecclesie maxime convenit ut bonos et frugi patres familias sua bona mobilia et inmobilia dicte ecclesie ad utilitatem commodum et honorem eiusdem conservare nec ab ecclesie ad privatos usus convertere aut alias dissipare, Ideirco volumus ne ulla maneria rectorie terre vel possessiones dicte ecclesie ante hac communi vel capitulari decreto ad provisionem Decani Canonicorum vel Aule communis aut Scholarium mense assignat vel imposterum assignand in preiudicium huiusmodi provisionis ullo pretextu, neque Bosci ac silve dicte ecclesie non dimitti soliti ullo modo dimittantur aut locentur seu sic dimittatur eorum aliquod, Sed ad hospitalitatem Decani et Canonicorum, suorumque successorum, et mensas minorum Canonicorum atque Scholarium reficiendas et usus ecclesie necessarios fideliter custodiantur et conserventur nec Decanus aut canonicorum aliquis huiusmodi damnosis nec solitis sed detestandis dimissionibus authoritatem vel consensum prebeat sub pena et sententia suspensionis ab eorum respective officiis suffragiis et emolumentis donec ipsi aut successores eorum iudicio pro damnis ea occasione ecclesie illatis commode satisfecerint, quam in eos et eorum quemlibet in hac parte delinquentes et culpabiles extunc prout exnunc et exnunc prout extunc ferimus et promulgamus in hiis scriptis. /

Ut possessiones reserventur ad mensas Decani prebendariorum et Aule communis. /

5 Item quoniam magne nuper contentiones et controversie inter Decanum atque prebendarios dum suum privatum commodum affectantes maneria rectorias terras et tenementa quamplurima dicte ecclesie inter se ad firmam dimitterent ac locarent necnon fines quos in cista communi reponi equius fuit inter se partirentur ac dividerent excitate sunt sub pena et sententia suspensionis antedicta prohibemus huiusmodi captatorias dimissiones et finium dividentias deinceps a quovis fieri donec ipsi aut successores eorundem iudicio ecclesia predicta magis pinguescat et quiescat in eadem contentio. /

Dividentie finium prohibentur sine consensu Capituli. /

6 Item quoniam privatum singulorum commodum ita communes ecclesie facultates exhausit ut in quo iam statu eius res site sint fere sit incognitum volumus ut singulis anni quarteriis Decanus vel eo absente Vicedecanus Canonicis ad hoc licite vocatis ac presentibus vel aliis contumaciter absentibus in loco ubi computus fieri consuevit a receptore atque thesaurario rationem exigat singulorum receptorum et expensarum indeque instrumentum in membrana describi ab auditore faciat, pecuniamque receptam ac residuam, nec ad presentem ecclesie usum necessariam receptis rationibus in cista communi recondi faciat, ubique ad magnos usus et extraordinarios ecclesie usus custodiri. /

De computis fiendis singulis quarteriis anni. /

7 Item volumus ut omnia Capitularia decreta a fine mensis Maij ultimo preterit per Decanum et Capitulum pro dimissionibus finium et concessionibus ac dimissionibus ad firmam interposita tanquam Statutorum predictorum menti ac intentioni et ecclesie commoditati contraria cassentur irritentur et annullentur eaque pro cassis irritis et invalidis atque nullis pronuntiamus atque declaramus, et a quoquam impleri aut observari vel executioni demandari sub pena et sententia suspensionis antefata districte prohibemus. /

De Capitularibus decretis a fine Maij Anno 1573 rescissis et annullatis. /

8 Item ut cultus divinus decentius atque diligentius in dicta ecclesia deinceps celebretur volumus ut quoties minorum Canonicorum Vicariorum Choralium et Cantorum aliquis a matutinis aut vespertinis precibus a lectionibus aut communionibus abfuerit aut tardius post mediam nempe earum partem peractam ingrediatur pro singulis in huiusmodi negligentia vicibus denario communi mense applicand mulctetur, qui ad subcantoris relationem de delinquentis stipendio ad usum predictum a thesaurario detrahetur et reservabitur. Absentiam autem pauperiorum aliorumque ministrorum dicte ecclesie eorumque tarditatem in divinis officiis lectionibus atque communionibus Decanus aut eo absente Vicedecanus pena arbitraria iuxta modum et qualitatem absentie ac tarditatis castigabit. /

De puniendis absentibus a sacris precibus.

9 Item volumus et mandamus ut maiores Canonici singuli suis vicibus in maioribus festis quos duplices appellant in propriis personis divina celebrent iuxta statutorum predictorum in ea parte exigentiam. /

Ut maiores canonici divina celebrent in maioribus festis. /

10 Item quia de iure eligendi et admittendi Canonicos Vicarios Cantores Scholares

et

Vt electio canonicorum minorum et propter discordias cessent:

et Choristos inter decanum et Capitulum adhuc ambigitur volumus ad sopiendam
ea de re discordiam vt pendente nostra visitatione huiusmodi electiones et admissiones
cessent donec ea ambiguitas regia authoritate vel nostra interpretatione tollatur
et declaretur.

11

De scholaribus corrigendis.

Item vt scholaribus tam in dicta quam in literarum incremento deinceps melius consulatur,
volumus vt omnes deinceps admittendi scholares aliquem ex prebendarijs tutorem
seu curatorem habeant qui pro eis ecclesie caveat, et provideat in necessarijs et vt singulis
annis quartis per decanum vel eo absente vicedecanum assignentur ex prebendarijs
duo qui omnes scholares sigillatim examinent et quomodo in bonis literis moribusque
profecerint explorent et cultum habitumque corporis aspiciant et de hijs que in eorum
aliquibus vel eorum aliquo reformanda cognoverint tutores seu curatores suos
admoneant et si scholares a tutoribus seu curatoribus suis sepius moniti non se
correxerint deferatur inde ad decanum et Capitulum querela, a quibus qui
incorrigibiles fuerint expellantur.

12

De computis exigendis ab officiarijs aule communis.

Item volumus vt singulis annis quartis eodem tempore quo de scholaribus
inquisitio fit, ab eisdem prebendarijs qui de scholaribus inquirunt de senescallo
obsonatore pincerna et cocis communis aule arcte et diligenter cognoscatur et inquiratur
eorumque computus ac rationes fideliter examinentur et si de fraude semel convicti fuerint
vel de mala officiorum munerumve suorum administratione bis a predictis inquisitoribus
admoniti non se correxerint pro tertio delicto sint ipso facto amoti et expulsi.

13

De substitutione officiariorum prohibita.

Item vetamus atque prohibemus ne senescalli obsonatores, pincerne et coci ceterique
in hac ecclesia inferiores ministri officia sua per substitutos exerceant sed ipsi in eis diligentes
seduli et assidui sint sub pena amissionis vnius anni salarij deinde, nisi moniti se
correxerint amotionis perpetue, nisi ex gravi et vrgente causa cuiusmodi substitutio
et substitute persone a decano et Capitulo approbata fuerit.

14

De portis et ceteris introitibus includendis.

Item volumus et mandamus vt omnes introitus atque exitus in ambitum et
precinctum ecclesie, et ex eisdem solummodo per communes et antiquas duas portas
pateant nec vlli per aliam viam exire vel introire liceat et vt private aliarum
domorum fores atque ianue fenestre eque et perspectus per communes parietes in ambitum
et precinctum ecclesie introitus sive ante festum omnium sanctorum proximum claudantur et
obstruantur, nec deinceps huiusmodi ianue fores et fenestre fieri permittantur.
Volumusque de executione huiusmodi nostri mandati per literas certificatorias decani et
Capituli autenticas in mansione nostra Lamethena fieri octavo die post predictum
festum omnium sanctorum sub pena et sententia suspensionis incurrend.

15

De contributione fienda pauperibus.

Item vt non modo ecclesia sed singula eius membra in elemosynis dandis largi
et in pauperes benefici sint volumus et monemus vt decano Canonicis predicatoribus
vicarijs Cantoribusque convocatis consilium de conferenda et distribuenda elemosyna
ante festum omnium sanctorum predictum hoc modo ineatur vt decanus iiij li vjs viijd
singuli prebendarij xls, predicatores singuli vjs viijd vicarij singuli iijs iiijd
Cantores singuli xxd summam decem librarum ex communi erario ecclesie inter pauperes in Civitate et suburbijs
Cant. singulis annis quartis per equales portiones distribuendam conferant de qua
collatione atque distributione recepta per autenticas literas dicti decani et Capituli
predic. calend. feb: prox. certiores fieri volumus sub pena nobis arbitraria.

16

Vt lector theologie constituatur.

Item volumus et mandamus vt deinceps quotannis vir aliquis in theologia
doctus qui a decano et Capitulo ad hoc aptus reputabitur sacras scripturas e
suggestu in loco Capitulari singulis diebus Martis et Veneris inter horas septimam
et octavam matutinas publice interpretetur et legat, cui quidem interpretationi atque
lectioni decanum Canonicos Predicatores, vicarios, Cantores singulosque eiusdem
ecclesie ministros preter scholares eorumque substitutores atque Choristas cum hijs qui de
illorum sunt familijs interesse diligenter volumus nec cuiquam abesse permittimus
nisi legitima causa per decanum et Capitulum approbanda impediatur lectori autem
et interpreti stipendium viginti librarum annuarum a decano et Capitulo assignari
ex predicte ecclesie facultatibus precipimus, quem huic lectioni diligenter intendere
iubemus nec eum nisi mensibus Augusti et Septembris et in septimanis festorum
nativitatis

Nativitatis et Circumcisionis dni Pasche ac Pentecostes temporeque quadragesimali intermittere sub pena subtractionis alicuius porcionis stipendij arbitrio Decani pro modo negligentie dicti lectoris committenda./

Has autem Iniunctiones (quia de statu multarum rerum in hac ecclia male administratarum reformand aliquandiu deliberandum esse putamus) vobis omnibus et singulis interim dum visitatio nra pendeat observandas committimus omni debita et a iure nobis competenti, criminum excessuum negligentiarum iniuriarum, ac delictorum auctores quorumcunque censura, correctione, emendatione et reformatione itemque aliarum earundem Iniunctionum plane [illegible] Hunc scriptis nris ante finem exitumque huius nre instante visitationis huiusmodi et specialiter reservat./

Citatio Decani et Capituli ad subeundum Inquisitionem

Matheus divina providentia Cant Archiepus &c Dilectis nobis in xpo Decano et Capitulo ecclie nre Cathedralis et metropolitice xpi Cant aut eorum in hac parte vicegerenti cuicunque Salutem gram et ben. Cum nos ex certis urgentibus causis et consideracionibus nos in ea parte specialiter moventibus visitationem nram ordinariam et metropoliticam in dicta ecclia nra Cathedrali et metropolitica xxiiij° die mensis Septembris ultimo preterit actualiter inchoavimus et celebravimus atque post nonnullas prorogationes eiusdem de die in diem factas eandem visitationem nram usque ad et in sextumdecimum diem mensis Maij prox futur et in quemlibet diem citra ad beneplacitum nrum super intimatione vobis ac ceteris eiusdem ecclie officiarijs et ministris in ea parte fiend ad domum Capitularem eiusdem ecclie continuaverimus et prorogaverimus Necnon in visitatione nra predicta quasdam Iniunctiones monitiones ordinationes et interpretationes ad dei gloriam et honorem et ecclie nre Cath et Metropolitice xpi Cant predict commodum ac iurium libertatum et privilegiorum eiusdem conservationem vobis prefatis Decano et Capitulo ceterisque omnibus et singulis ipsius ecclie officiarijs et ministris dederimus et ministraverimus et promulgaverimus easdemque a vobis omnibus et singulis quatenus vos concernunt firmiter observari et impleri sub penis in eisdem sigillatim contentis in virtute obedientie vre canonice nobis de iure et statutis vris debit mandaverimus et precepimus Nos vero Iniunctiones predictas in omnibus et per omnia iuxta tenorem et effectum earundem ab omnibus quos concernunt fideliter et inviolabiliter observari et impleri volentes, atque super observatione earundem certiores fieri cupientes Inquisitionem canonicam die et loco subscript in ea parte fiend decrevimus Quocirca vos tenore presentium peremptorie citamus ac per vos seu vrum unum ad quem attinet omnes et singulos Canonicos tam prebendarios quam minores, verbi dei predicatores ac alios quoscunque dignitates administrationes officia promotiones beneficia aut officia quecunque in dicta ecclia nra Cathedrali et metropolitica xpi Cantuarien obtinen omnes et singulos peremptorie citari et moneri volumus et mandamus ad comparend ~~[illegible]~~ vrum et eorum quilibet compareat coram nobis aut Cancellario vel locum tenen nro quocunque in domo Capitulari ecclie nre Cathedralis et metropolitice xpi Cantuarien predict die Mercurij viz nono die mensis Decembris prox futur inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequen si oporteat in ea parte fiend Inquisitionem nram huiusmodi subituri et ibm exercend humiliter subitur Ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus inquisitionis predict de se exigunt et requirunt Et quid in premissis feceritis nos aut Cancellarium sive locumtenentem nrum huiusmodi dicto die hora et loco vel citra debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vrum qui presens nrum mandatum fuerit executus prout decet In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nro de Lambehith vicesimo die mensis Novembris Anno dni Millesimo Quingentesimo septuagesimo tercio Et nre Consecrationis Anno decimo quarto./

Commissio ad inquirend super observatione Iniunctionum

Matheus divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et metropolitanus atque ecclie nre Cathedralis et metropolitice xpi Cant visitator

Visitator et ordinarius **Dilecto** nobis in xpo magro Bartholomeo Clerke legum doctori Cancellario nro quem sic per putes noiamus ordinamus facimus et constituimus Salutem gram et ben **Cum** nos nuper ecclesiam nram Cathedralem et metropoliticam xpi Cantuarien predict tam in capite qz in membris Jure nro ordinario et metropolitico actualiter visitantes Quasdam Iniunctiones monitoes et ordinatoes ad dei gloriam et honorem atqz eccle nre Cathedralis et metropolitice xpi Cantuarien predict comodum ac Jurium libertatum et privilegiorum eiusdem conservatoem Decano et Capitlo ceterisqz omnibus et singulis ipius eccle officiarijs et ministris Septimo die mensis Octobris ultimo preterit in domo Capitulari eiusdem eccle dederimus ministraverimus et promulgaverimus easdemqz ab eisdem Decano et Capitlo ac oibus et singulis alijs officiarijs et ministris eccle predict quatenus eos concernunt firmiter observari et impleri sub penis in eisdem specificatis contentis in virtute obedien eorum canonice nobis de Jure et statutis dce eccle debite mandaverimus et preceperimus Nos vero Iniunctiones et ordinatoes predict in omnibus et per omnia iuxta tenorem et effectum earundem ab oibus quos concernunt fideliter et inviolabiliter observari et impleri volentes atqz super observatoe earundem certiores fieri cupientes Inquisitionem canonicam nono die mensis Decembris prox futur in Domo Capitlari eccle nre Cathedralis et metropolitice xpi Cantuarien predict in ea parte fieri decrevimus Verum quoniam nos quibusdam arduis et urgentibus negotijs ita sumus implicati et remorati prout verisimiliter credimus impeditur ad inquisitioni huiusmodi die et loco predict in psona nra propria comode vacare et intendere non possimus neqz valeamus ubi vellemus si huiusmodi impedimentis non remoraremur **Ad interessendum** igr et presidend vice loco et auctte nris in Domo Capitlari eccle nre Cathedralis et metropolitice xpi Cant predict eodem nono die mensis Decembris prox futur cum continuatoe et prorogatione dierum extunc sequen si oporteat in ea parte fiend Ac de et super observatoe dictarum Iniunctionum vice et auctte nris modis omnibus quibus de Jure et eccle nre xpi Cantuar predict Statutis melius et efficatius poteris inquirend et investigand Necnon pro veritate premissorum melius et efficatius in hac parte eruend et indagand Juramentum corporale ad sancta dei evangelia a Decano prebendarijs ceterisqz officiarijs et ministris quibuscunqz eccle nre Cath et metropolitice xpi Cantuarien predict vice et auctte nris exigend recipiend et admittend Quoscunqz etiam ipius eccle officiarios et ministros huiusmod sese quacunqz de causa in hac pte subtrahentes atqz ad phibend testimonium veritati contumaciter recusant per censuras ecclasticas et alia quecunqz Juris remedia vice et auctte nris cogend et compellend atqz in eodem Inquisitionis negotio cum suis incidentibus emergentibus annexis et connexis quibuscunqz usqz ad finalem expeditoem eiusdem inclusive procedend et cognoscend Ceteraqz omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi de cuius sana doctrina conscientie puritate et circumspectionis industria in hijs et alijs plurimum confidimus vices nras committimus et plenam in dno tenore presentium concedimus ptatem **In cuius Rei** testim Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nro de Lambehith vicesimo die mensis Novembris Anno dni 1573 Et nre Cons Anno Decimo quarto./

Sna in ca dilapidatois
pro Rcore de
ffrittenden

In dei Noie Amen auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Georgium Acworth legum doctorem visitatorem sive Comissarium inter alios Reverendissimi in xpo patris et dni dni Matthei pmissione divina Cant Archiepi totius Anglie primatis et metropolitani ad causas ecclasticas in et per tot Dioc et Civitatem Cant durante visitatoe metropolitica iam celebrat audiend finiend et determinand legitime deputatum Meritis et circumstancijs cuiusdam cause dilapidatois que coram nobis inter discretum virum Johem Hill Sacre Theologie Baccalaureum rectorem modernum eccle parochialis de ffrittenden Cant Dioc partem

actricem

actricem et querelan ex vna et Johan Rawson viduam administratricem bonorum
Jurium et creditorum ffrancisci Rawson nuper rectoris de ffrittenden predict def
partem ream et querelatam partibus ex altera aliquamdiu vertebatur vertiturque
adhuc et pendet indecisa Parte prefati Johis Hill per procuratorem suum coram
nobis in Judicio legitime comparen Parte vero dce Johanne Rawson contumaciter
absente Parteque eiusdem Johis Hill Sententiam ferri et Justiciam fieri pro
parte sua Parteque memorate Johanne Rawson Justiciam in dca causa pro parte
sua instanter postulan Rimatoque primitus per nos ac diligenter recensito toto et
integro processu in hac parte habit et fact servatisque per nos de Jure in hac parte
servandis ad nre sententie diffinitive sive nri finalis decreti prolacoem in eadem fa
ferend sic duximus procedend et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia
per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita probata vel confessata
comperimus luculenter et invenimus partem prenoiati Johis Hill intencoem suam
in quodam suo libello alls in hac parte dat et oblat deductam Cuius quidem
libelli tenor sequitur et est talis. **In dei noie Amen** Coram vobis
Reverendo in xpo patre et dno dno Ricardo miseracone diuina Dovor Epo
Suffraganeo Bartholomeo Clerke et Georgio Acworth legum doctoribus aliisque
eorum Collegis visitatoribus &c Rmi in xpo pris ac dni dni Matthei permissione diuina
Cant Archiepi totius Anglie Primatis et metropolitani ad causas ecclesiasticas
infra Civitatem et Dioc Cant audiend finiend et determinand legitime deputatis
coniunctim in hac parte Surrogatis sive substitute aut eorum aliquo vel Judice in hac
parte competen quocunque Pars discreti viri magri Johis Hill sacre theologie bacc
rectoris eccle parochis de ffrittenden Cant Dioc contra et adversus Johannam Rawson
viduam administratricem bonorum Jurium et creditorum ffrancisci Rawson def nuper rectoris
rectorie ecclie parochialis de ffrittenden predict ac contra quemcumque alium &c Quem
quidem libellum pro hic lect et insert habemus et haberi volumus sufficienter
fundasse viter et per confessionem dce Johanne Judicialem in vim Juramenti sui
in ea parte prestiti coram nobis habitam et factam probasse nihilque effectuale
ex parte dicte Johanne Rawson administratricis antedict in hac parte exceptum
propositum aut probatum fuisse aut esse quod intencoem prefati Johis Hill in
hac parte eliderat seu quomodolibet enervaret **Ideirco nos** Georgius
Acworth legum doctor Judex inter alios antedict de et cum consilio Jurisperitorum
cum quibus in hac parte communicauimus prenoiatum ffranciscum Rawson tempore
vite et mortis sue rectorem eccle parochialis de ffrittenden predict fuisse ipumque
abintestato decessisse administrationemque omnium et singulorum bonorum Jurium et creditorum
dicti ffrancisci abintestato (ut prefertur) decedente eidem Johanne Rawson post
eius mortem rite et legitime commissam fuisse et esse pronunciamus et declaramus, eandemque
Johannam administratricem huiusmodi ad exoneracoem aie eiusdem def ad correctionem
reparacoem et refectionem defectuum libellat prescriptum in schedula eidem libello annex
specificat vel ad verum valorem eorundem quem ad summam tricesim librarum bonis
legalis monete Anglie taxavimus et moderamus condemnand fore debere et condemnamus
atque ad debitam solucoem eiusdem compellend fore debere etiam pronunciamus et determinamus
interpretacoem dubiorum si que fuerint in hac parte nobis specialiter reservantes per
hanc nram sententiam diffinitivam sive hoc nrum finale decretum quam sive quod ferimus
et promulgamus in his scriptis. / /

Lecta fuit huiusmodi sententia per prefatum magistrum Georgium Acworth ad
petitionem Whitlocke in ecclia Sci Alphegi Civitatis Cant die Sabbati viz
ixo die mensis Octobris Anno dni 1573 in presentia mei Johis Incent notarii
publici registrarii &c presentibus tunc et ibm Johanne Edwardes notario pubco et Robto
Clerk. literato ac aliis testibus &c / /

Commissio ad visitand Civitatem et Dioc Cant

Matthaeus diuina prouidentia Cantuarien Archiepus totius
Anglie primas et metropolitanus. **Dilectis** nobis in xpo venerabili
confratri nro Ricardo Epo Suffraganeo Sedis Dovor ac dilectis nobis
in xpo magistris Bartholomeo Clerke legum doctori Alme Curie nostre
metropolitice Cant de Arcubus London Officiali principali Georgio
Acworth

Arnworth Legum doctori. Andree Pearson et Johanni Cooke Sacre theologie
Bachis et Johanni Bowngey Salutem Gram et Ben **Suscepti**
cura regiminis nos impellit ut vitia extirpand et virtutes plantand nri officij
debitum quantum cum deo possumus implere satagamus **Hinc** est quod nos
Civitatem et Dioc nras Cant tam in capite qz in membris Jure nro ordin
Metropolitico propediem (annuente dno) visitare et defectus ibidem repertos
correctione et reformacoe necessar indigentes corrigere et in statum suum debitum
pro viribus restituere proponimus et intendimus, verum quoniam nos quibusdam
arduis et urgentibus negotijs ita sumus impliciti et remorati prout de verisimili
credimus in futur qd diuturnum piu propositum in psona nra propria exequi
non possumus **Vobis** coll et dil de quorum conscientiarum puritate circumspection
industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hijs et in alijs vobis
creditis negotijs plurimum confidimus tam provinciam nram duximus committend **Ad**
visitand igr Civitatem et Dioc nras Cant predict et alia loca ecclastica quecumqz
in et per easdem Civitatem et Dioc constitut deqz statu ecclarum et locorum hmoi Necnon
vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus psonarum in ecclijs et locis hmoi degen
sive ministran modis vijs quibus id melius aut efficatius poteritis inquirend et
investigand Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam clericos qz laicos
condignis penis etiam usqz ad beneficiorum dignitatum sive officiorum suorum privacoem
(si facti atrocitas ita poposcerit) fructuumqz redditum et proventuum ecclarum et locorum
quibus presunt sequestrationem vel quamcumqz aliam congruam et competen correctionem
inclusive puniend et corrigend atqz ad probatiores vivendi mores modis vijs quib
id melius et efficatius poteritis reducend. Testamenta etiam quorumcumqz defunctorum
infra Civitatem et Dioc nras Cantuarien predict decedentium proband approband et
insinuand Administrationesqz bonorum eorundem defunctorum executoribus in eisdem testamentis
nominatis committend Administrationesqz insuper ac Sequestrationes bonorum ab intestato
sive per viam intestati etiam decedent in debita Juris forma expediend concedend et
committend Compota quoqz tam executorum qz Administratorum ac Sequestratorum quorumcumqz
recipiend et admittend, Ac insuper eosdem executores Administratores et Sequestratores
omnes et singulos acquietand relaxand et finaliter dimittend Necnon a clericis et
beneficiatis quibuscumqz tam ordinum qz beneficiorum per eos adept lras et munimenta
quecumqz exigend et recipiend easqz et ea diligenter examinand et discutiend et quos non
sufficienter munitos in ea parte compereritis ab officijs dimittend et sic pro non munitis
pronunciand et declarand Sinodosqz et Capitula tam generalia qz spialia cleri et
populi hmoi pro executioe premissorum aut reformacoe quarumcumqz faciend et convocand
Procurationesqz et Sinodalia quecumqz nobis ratione visitationis nre hmoi debita
vice et noie nris petend exigend et levand, Ac procurationes hmoi non solventes aut
solvere recusantes per censuras ecclasticas cohend compellend et coercend Inhibend
preterea vice et noie nris Archino nro Cant et eius officiali et eorum utriqz ac eorum
Scribe sive scribis et registrarijs Ceterisqz omnibus et singulis quibuscumqz Jurisdictionem
aliquam spualem et ecclasticam authoritate dicti Archinatus in et per Civitatem et
Dioc nram Cantuarien predict exercen ne ipsi aut eorum aliquis pendente visitacoe
hmoi Jurisdictionem aliquam spualem vel ecclasticam alicubi infra Civitatem et Dioc
Cant predict quoquomodo exercere aut aliquid aliud in preiudicium sive dispendium
visitacois nre hmoi quomodolibet attemptare presumant seu eorum aliquis presumat
faciantve aut faciat sub pena contemptus Ac usurpata et attemptata in contrarium
per ltima Juris remedia revocand et reformand Contra usurpatores et attemptatores
hmoi procedend et eos per quascumqz censuras ecclasticas canonice puniend et
compescend. **Et generaliter** omnia et singula alia faciend exercend et
expediend que circa premissa et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
oportuna vobis coll et dil committimus vices nras et plenam in dno tenore presentium
concedimus facultatem cum potestate alium vel alios in premissis et eorum quolibet
(si opus fuerit) loco vro substituend. **Mandantes** nihilominus qd dicta visitacoe
nra finita de omni eo qd per vos in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit nos
aut vicarium nrum in spualibus generalem per lras vras patentes sub autentica
forma conceptas certiorem facere curetis prout decet **In cuius rei** testi
monium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus **Dat** vicesimo nono die mensis
Septembris Anno dni Millmo Quingenmo Septuagesimo Tercio Et nre
Cons Anno Decimo Quarto.

Matthæus Divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie
Primas et Metropolitanus **Dilecto** nobis in Xpo Archini nri Cantuar
eiusque officiali Salutem gratiam et Ben. **Cum** nos nuper Civitatem et
Dioc nras Cant actualiter visitantes vobis inhiberi fecerimus ne pendente visitatione
nra huiusmodi Jurisdictionem aliquam ecclesiasticam in et per easdem Civitatem et Dioc
nras Cantuar exerceretis seu quicquid aliud in preiudicium visitationis nre huiusmodi
quovismodo attemptaretis sub pena contempt. **Nos** nihilominus nolentes
causas et negotia inter subditos Diocesis nre Cant coram vobis penden
indecisa ratione inhibitionis nre huiusmodi remorari Sed Justiciam et eius complementum
eisdem subditis nris et singulis tam cito quam fieri poterit matura celeritate
fieri et ministrari cupientes. **Ut tu** in causis et negotiis quibuscunque instantionate
tantum inter quascunque partes coram vobis hactenus motis et in dictis pendentibus
ac imposterum pendente visitatione nra huiusmodi movendis et intentandis procedere Justiciamque
in ea parte ministrare libere et licite possitis et valeatis licentiam tenore pntium concedimus quacunque inhibitione vobis
auctoritate nra antehac in contrarium fact in aliquo non obstan. **In cuius rei
testimonium** Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat in Palatio
nro Cant nono die mensis Octobris Anno dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo
Tertio Et nre Consecrationis Anno Decimo quarto./

Licentia concessa Archino ad procedendum in causis et
aliis pendentibus non
obstante visitatione &c./

Matthæus providentia divina Cantuarien Archiepus totius
Anglie primas et Metropolitanus **Dilectis** nobis in Xpo magistro Bartho-
lomeo Clerke legum doctori Ac Curie nre Metropolitice Cant de Archubus ac
London Officiali
Salutem Gratiam et Ben. **De vestris** sana doctrina conscientie puritate
et circumspectionis industria plenarie confisi Ad excipiend discutiend corrigend reformand
castigand et legitime puniend quecunque crimina excessus culpas et delicta quorumcunque
quorumcunque tam clericorum quam laicorum Civitatis et Dioc nre Cant nuper in
visitatione nra infra easdem Civitatem et Dioc vite et auctoritate nris hoc presenti Anno
dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio inchoat et actualiter exercita
comperta detect et denunciat quorum correctio punitio et castigatio ad forum ecclesiasticum
de Jure vel consuetudine pertinere dinoscuntur Ac penitentias salutares condignas et
convenientes pro huiusmodi excessibus criminibus et delictis eis et eorum cuilibet pro modo
culpe legitime iniungend imponend faciend et mandand Necnon causas quascunque
ecclesiasticas inter quascunque partes coram nobis aut Commissariis nris in dict Dioc
nra Cant tempore visitationis nre predict motas et adhuc pendentes indecisas
audiend examinand discutiend et fine debito terminand Quoscunque insuper clericos
a quibuscunque curis et beneficiis suis ecclesiasticis absentes et in eisdem non residentes
iuxta Juris et Statutorum huius inclyti regni Anglie exigentiam puniend amovend
et destituend Quoscunque insuper fructus et proventus quorumcunque beneficiorum
ecclesiasticorum infra Civitatem et Dioc Cant predict in casibus a Jure consuetudine
et statutis huius regni Anglie permissis et approbat sequestrand seu
sequestrari faciend sequestraque huiusmodi custodiend seu faciend per alios
custodire Ac huiusmodi sequestra per vos aut vestrum aliquem interponend
revocand et relaxand quotiens et quando id tibi melius videbitur expedire
Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcunque defunctorum infra
Civitatem et Dioc nras Cantuarien predict decedentium probandi approband
et insinuand Administrationesque bonorum eorundem defunctorum executoribus in
eisdem testamentis nominatis committend Administrationes insuper ac sequestrationes
bonorum ab intestato sive per viam intestati etiam decedentium in debita Juris forma
expediend concedend et committend Compota quoque tam executorum quam administratorum
ac sequestratorum quorumcunque recipiend et admittend Ac insuper eosdem executores
administratores et sequestratores omnes et singulos acquietand relaxand et finaliter
dimittend **Ceteraque** omnia et singula alia faciend exercend et expediend que
in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis vices nras
coniunctim et divisim committimus cum cuiuslibet coertionis canonice potestate Assumpto vobis et utrique
vestrum coniunctim et divisim dilecto nobis in Xpo Johanne Incent notario publico Registrario nro
principali

Commissio ad reformand
detecta in visitatione et
ad probandum testament
et committend administraciones &c./

Principali vel cuius in hac parte deputato in exequend et certificand per literas Scribam in hac parte **Volentes** et mandantes qd de omni eo qd per vos aut vestrum vnum in hac parte vigore Commissionis nre huiusmodi actum gestum sive expeditum fuerit nos aut vicarium nrum in spualibus generalem sive Officialem principalem per literas vestras patentes sub forma autentica concept acta et process huiusmodi complecten seriosius certificare non postponatis prout convenit. **In cuius rei testimonium** Sigillum nrum presentibus apponi fecimus **Dat** vicesimo nono die mensis Novembris Anno dni Millimo Quingentmo Septuagesimo tercio Et nre Cons Anno decimo quarto.

Relaxacio visitacionis Civit et Dioc Cant &c /

Matthaeus divina providentia Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilectis** nobis in xpo Comissario nro generali Civitatis et Dioc nre Cant necnon Archino nro Cant Salutem gram et ben. **Cum** nos ecclesiam nram Cathedralem et Metropoliticam xpi Cant ac Civitatem et Dioc nras Cantuarien tam in Capite quam in membris clerumque et populum in eisdem degen sive residen nuper actualiter visitantes vobis ac cuilibet vestrum officiariisque et ministris vris quibuscumque inhiberi fecerimus et mandaverimus ne vos aut vestrum aliquis Jurisdictionem aliquam ecclesiasticam infra Civitatem et Dioc predict exercere aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium dce visitacionis nre attemptare presumeretis vel aliquis vestrum presumeret prout per literas nras Inhibitorias huiusmodi manifeste liquet et apparet Nos tamen volentes causas lites querelas et alia negotia ecclesiastica coram vobis aut officiariis et ministris vris Judiciale vel extra Judiciale inter dne nre regine Subditos in et per Civitatem et Dioc nras Cantuar predict degen penden et imposterum penden seu ventiland plus iusto differri in Subditorum predictorum dispendium et gravamen **Vobis** ac officiariis et ministris huiusmodi quibuscumque Ad cognoscend et procedend in dictis causis litibus querelis et negotiis ecclesiasticis quibuscumque coram vobis aut illis agitatis seu agitandis Causasque et negotia huiusmodi cum suis incidentibus emergentibus annexis et connexis quibuscumque fine debito terminand Necnon omnem et omnimod Jurisdiccionem spualem et ecclesiasticam in et per Civitatem et Dioc Cantuar predict plene et libere respective exercend ex causis predictis et aliis nos in hac parte specialiter moven necnon ex speciali gratia et favore nris licentiam et facultatem damus concedimus et impertimur per presentes literis nris Inhibitoriis predictis vobis aut illis ut premittitur fact in aliquo non obstantibus **Salvis** tamen et reservatis nobis ac Commissariis et ministris nris visitacionem nram predictam vice et auctoritate nra exercentibus eorumque deputatis quibuscumque potestate et auctoritate corrigend puniend et reformand crimina excessus et delicta quorumcumque Subditorum dict Civitatis et Dioc in visitacione nra huiusmodi comperta et detecta Necnon colligend levand et recipiend vice et auctoritate nris ac ad vsum nrum procurationes quascumque ac alia et singula alia emolumenta ecclesiastica que ad nos ratione visitacionis nre predict ptinent seu pertinere poterunt de consuetudine vel de iure **In cuius rei** Testimonium Sigillum nrum pro Curia Audientie nre Cant presentibus apponi fecimus **Dat** Tertio die mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane Millimo Quingentmo Septuagesimo Tertio Et nre Cons Anno decimo quarto.

Md that all the rest of the recordes of this visitacon aswell of the Cathedrall churche of Caunterburie as of the whole Dioces were by my Lordes grace his commaundement delivered to mr Alredge register of the Cons of Canterbury to be kepte amonge other the recordes of his office for the ease of the subiectes of the Dioces havinge occasion to searche for any thinge conteyned in the same recordes.

Certificatorium Decani et Capituli ecclie Xpi Cant etc.

Reverendissimo in Xpo pri et dno dno Mattheo permissione divina Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano Vestri humiles et devoti Decanus et Capitulum ecclie vre Cathedralis et Metropolitice Xpi Cantuar omnimod reverenc et obedienc tanto Reverendissimo pri debit cum honore. Mandatum vrum reverendissimum de faciend paternitatem vram citra festum Sancti Jacobi Apli prox futur certiorem quidnam in quibusdam Iniunctionibus, monicoibus et ordinacoibus nobis in vra ordinar et metropolitic visitacoe Septimo die mensis Octobris ult elaps in scriptis sub sigillo vro Reverendissimo nobis dat et iniunct etc in quibusdam aliis in dca visitacoe vra Reverendissima verbo tenus mandat quorum tenor Anglice concept in schedula dicti Reverendissimi mandati vri describitur nuper cum ea qua decuit reverentia humilime recepimus, et iuxta tenorem vri mandati Retroscript quid in prefatis Iniunctionibus, monicoibus et ordinacoibus fecerimus per presentes certiorem facere curabimus, necnon responsa nostra dictis vris iniunctionibus, cuius tenorem et effectum Anglice concept inferius sic descript vre paternitati humilime presentamus et intimamus. viz

Inprimis to the Iniunctions delivered unto us under your signed Seale in the tyme of the said visitacon./

To the firste Iniunction and to the firste parte thereof touchinge the observacon of the Statutes sett forthe as it is alleged by or founder Wee answere that wee do observe the same so farre forthe as their be not preiudiciall or againste the lres patentes of Incorporation and dotacon geven to us from oure said founder & and that otherwise wee doe obeye them as good orders and rules tendinge to the preservacon of unitie, reformacon of mannors and excesses and for the better maytenance of the state of or Churche And to the seconde parte touchinge the procurement of dispensations wee answere that sithins the receipte of the said Iniunctions hitherto there hath byne nothinge donne to the contrarie that doth appeare unto us Althoughe there be some of the Chapitor wch doe proteste and thinke not convenient to observe that parte of the Iniunction neither yt that their are by lawe tyed thereunto./ 1

To the Seconde and Thirde we saie their be and shalbe observed hensforte/ 2 3

To the Fowrthe we answere that there hath byne nothinge done to the contrarie thereof, and that wee have not used to passe any divise or lease worthie to be termed detestable to oure knowledges./ 4

sequestri nostri Custodiam tibi Committimus per presentes **Ad** publicandum igitur huiusmodi sequestrum
nostrum sic per Nos interpositum omnibus et singulis quorum interest in hac parte Necnon Ad
Colligendum Levandum et percipiendum omnes et singulos fructus decimas redditus proventus ac
obvenciones comoditates ac cetera Jura et emolumenta quecunque Ad dictum Archidiaconatum quoquo
modo spectantes et pertinentes eosque et ea sic Collecta levata et percepta sub salvo et tuto sequestro
Custodiendum et Conservandum Ac que temporis mora de verisimili futura sint deteriora iusto
precio Alienandum et vendicioni exponendum Atque omnia et singula onera eidem Archidiaconatui incumbentia
debite supportari faciendum et causandum Ac de residuo sic Collectis levatis et perceptis fidelem Nobis
Compotum sive raciocinium cum ad hoc congrue fueris requisitus reddendum et faciendum omnibusque
et singulis personis quibuscumque Ne Jurisdictionem aliquam infra dictum Archidiaconatum Dorset exercere
presumant auctoritate nostra inhibendum seu inhiberi faciendum **Ceteraque** omnia et singula alia faciendum exercendum
et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita tibi vices et
Auctoritatem nostras Committimus per presentes tantisper duraturas quoad eas duxerimus revocandas
In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus Apponi fecimus **Datum** in Manerio nostro
de Lambehith decimo die Mensis Marcij Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo primo

Halstock et Lyme
Regis Bristoliensis dioc.
Rectorie Ecclie po

Institucio

Matthęus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus
Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio Spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Bristoliensis Sede Episcopali
ibidem Episcopo vacante Notorie dinoscitur pertinere Dilecto Nobis in Christo David Yale Artium
Magistro Salutem graciam et benedictionem **Cum** Reverendus ac dilectus Confrater noster Johannes
Sarum Episcopus verus et indubitatus Patronus prebende ac Canonicatus de Lyme in Ecclesia
Cathedrali Sarum Necnon Rectorie Ecclesie parochialis de Halstock et Ecclesie de Lyme Regis
Bristoliensis diocesis dictos Canonicatum et prebendam Necnon Rectoriam predictam de Halstock cum
suis Juribus et pertinenciis universis tibi contulerit prout per literas suas patentes Sigillo dicti
Confratris nostri Sigillatas superinde Confectas ac per te Nobis ostensas plenius liquet et
Apparet Nobisque sic sufficienter per dictum Confratrem nostrum ad premissa videris Nominatus
ac presentatus prefatas Ecclesias de Lyme Regis et Halstock dicte Bristoliensis diocesis nostreque
Jurisdictionis cum suis Juribus et pertinenciis universis tibi Conferimus et ad eas te tanquam admittimus
Te quam prius non solum de Licita et canonica obediencia Nobis et Successoribus nostris et loci illius ordinarijs
pro tempore existentibus in omnibus licitis et honestis Mandatis per te prestandis et exhibendis ac
verum etiam de Renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam Jurisdictionem potestatem Auctoritatem
et superioritatem forinsecam Ac de Recognoscendo Regiam Supremam potestatem in causis Ecclesiasticis
et temporalibus iuxta et secundum vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius ac
incliti Regni Anglie in ea parte editi et provisi Ad Sancta dei Evangelia rite iurat Rectorem

41

vtriusqz Ecclia[rum] de Lyme Regis et Halstork predict instituimus et investimus cum suis Juribus et ptinen vniuersis Curam et Regimen Aiar Parochianor Ecclie et Parochie de Halstork memorat tibi in dno Committimus et similiter tibi Curam Eccle de Lyme per vicarium perpetuum ibm deseruiend tradimus Juribz nris Archiepalibz et Eccle nre Cathis et Metropolitic Xpi Cantuar Necnon Eccle Cathis Bristolien pd dignitatibz et Honoribus in omnibus semper saluis In cuius rei testimonium Sigillum nrm pntibz Apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambheth quarto die Mensis Septembris Anno dni Millimo Quingen Septuagesimo primo et nre Consecr Anno Duodecimo

Mandatum ad Inducend

Mattheus permissione diuina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio Spualis et Ecclastica que ad Epum Bristolien &c Vniuersis et singulis Rectoribus Vicarijs Capellanis et Ecclia[rum] ministris totoqz clero et laicis quibuscunqz Salutem graciam et Ben **Ex parte** dilci nobis in Xpo David Yale Artium Magri Canonici in Ecclia Cathi bte Marie Sar ac Prebendarij de Lyme et Halstork in eadem porrecta Nobis peticionis series continebat Qd cum dicti Canonicatus et Prebenda eidem David Yale ltime fuerunt Collat ipseqz installationem corpalem in dicta Ecclia Cathi Sar ltime Assequutus fuit Stallumqz in choro ac locum et Capitulo eisdem Canonicatui et prebende Assignari solit et consuet etiam ltime obtinuerit Qdqz Rectoria de Lyme in Com Dorsett ac Rectoria de Hallstork in eodem Com Dorsett resptiue Bristolien Dioc dicte Prebende de Lyme et Hallstork sunt appendentia et Membra eiusdem Atqz propterea humilr petijt quatenus in realem actualem et Corporalem possessionem earundem Rectoriarum de Lyme et Halstork pdcarum vnacum Membrorum et ptinen suorum vniuersorum infra Com Dors constitutor et existen ltime inducatur **Nobis igitur** cum tm et dimissim Committimus et firmiter iniungendo Mandamus quatenus prefatum David Yale Canonicum et prebendarium antedictum seu eius ltimum Procuratorem quemcumqz vice et noie suis in realem actualem et Corporalem possessionem dictarum resptiue Rectoriarum de Lyme et Halstork membrorumqz et ptinen suorum vniuersorum quatenus in dco Com Dors sunt existen realr et cum effectu inducatis inducive faciatis et inductum defendatis et tueamini Et quid in premissis &c **Dat** primo die mensis Marcij Anno dni iuxta Computacionem Ecclie Anglicane 1571 et nre Consecr Anno Decimo tertio

Archidiaconatus siue dignitatis Archidiaconalis Dorsett in Ecclia Cathi Brist fundat

Institucio

xxix die mensis Marcij Anno dni Millimo Quingenmo Septuagesimo secundo dns &c admisit Henricum Tynchyn clericum Ad Archidiaconatum siue Dignitatem Archidiaconalem Dorsett Bristolien Dioc in Ecclia Cathi ibm fundat per Mortem Naturalem Johis Cottrell Legum doctoris vltimi Archidiaconi et incumbentis ibm vacan &c &c &c Ad quam per Richardum Tynchin de Corte in parochia de Wotton Ryvers in Com Wiltes generosum verum Archidiaconatus racione et pretextu cuiusdam Advocationis Jurispatronatus eiusdem per Rdum in Xpo Patrem et dnm dnm Paulum nuper Bristolien Epum inde fact et concess hac vice verum et indubitatum Patronum Dno pntatus extitit Ipmqz Archidiaconum Archidiaconatus siue dignitatis Archidiaconalis pdc instituit &c cum suis Juribus et ptinen vniuersis Stallumqz in Choro et vocem in Capitulo solit et eidem Henrico Assignauit et limitauit Juribz Archiepalibz Ecclie Cathis Xpi Cantuar Necnon Eccle Cathis Bristolien dignitatibus et Honoribz in omnibus semper saluis Et recepit ab eodem Henrico Tynchin Juramentum ltime obed &c et de renunciando omnem forinsecam ptati &c iuxta formam Statuti Parliamenti et de obseruand et perimplend Statut et Laudabiles Consuetudines Ecclie Cathis Bristolien quatenus concernunt racione Archidiaconatus siue dignitatis Archidiaconalis pred concernunt &c Et scriptum fuit Decano et Capitulo Ecclie Cathis Bristolien Necnon vniuersis et singulis Rectoribus Vicarijs &c Ad installand &c

Poxwell Bristolien Dioc Ecclie parochialis

Institucio

decimo die mensis Maij Anno dni Millimo Quingenmo Septuagesimo Secundo dns &c Admisit Augustinum Crowe clericum Ad Rectoriam Ecclie parochialis de Poxwell Bristolien Dioc per mortem naturalem Reginaldi Dowle clici vltimi Rectoris ibm vacantem ad quam per Thomam Haward armigerum verum Ecclie parochialis verum et indubitatum ut dicitur patronum Dno pntatus extitit Ipmqz Rectorem eiusdem cum persona Johis Smith Notarij publici procuratoris sui ltimi &c instituit cum suis Juribz et ptinen et commisit curam et Regimen Aiar &c et in dno Commisit Juribus Archiepalibus et Ecclie Xpi Cant Necnon Eccle Cathis Bristolien dignitatibz et Honoribus in omnibus semper saluis Ac recepit ab eodem Augustino Crowe Juramentum ltime obed et de renunciando omnimod forinsecam ptati &c Ac de recognoscend Regiam supremam ptatem &c iuxta formam Statuti Parliamenti Et scriptum fuit Archino Dors seu eius officiali ad inducend

Relaxacio Iure mo Archidiaconi Dorsett

Mattheus divina providencia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilecto** nobis in Christo Magistro [illegible] Clerico Archidiacono Dorset in Ecclesia Cathedrali Brist Salutem gratiam et Benedictionem **Ex parte** tua nobis nuper graviter querelando Monstratum fuit Quod licet tu Archidiaconatum Dorset predictum fueris et sis Canonice Assecutus Ipsumque sic Assecutum cum suis Iuribus et pertinentiis universis per aliquod tempus retinueris et possederis prout retines et possides et ut verus possessor eiusdem fueris et sis ac pro tali dictus tentus habitus Nominatus et Reputatus ac palam publice et Notorie Quodque preterea tam de iure quam de antiqua laudabili consuetudine a tempore et per tempus cuius initii sive contrarii memoria hominum non existit Ius visitandi dictum Archidiaconatum Dorsett in personis Rebus et Membris suis ac etiam percipiendi colligendi et recipiendi omnes et singulas procurationes ac alia Iura et emolumenta ecclesiastica quecumque ratione huiusmodi visitationis debita provenientia et contingentia Ad Archidiaconos dicti Archidiaconatus Dorsett pro tempore existentes eorumque successoribus temporibus pertinuerit et pertinere debuerit prout ad te etiam iure et nomine ipsius Archidiaconatus pro toto tempore incumbencie tue in eodem sic pertinuit et pertinere debet ac debebit etiam in futurum **Tu** nihilominus vigore quarundam literarum inhibitoriarum auctoritate nostra emanatarum et in te executarum ita impeditus et remotatus existis quominus dictum Archidiaconatum tuum visitare aut Procurationes et alia Iura Ecclesiastica tibi iure et nomine dicti Archidiaconatus ratione huiusmodi visitationis debita Colligere percipere et habere Ac Iurisdictionem Ecclesiasticam infra eundem Archidiaconatum Dorset exercere possis aut valeas in tui ac Iuris tui in eodem Archidiaconatu preiudicium non modicum et gravamen **Unde** nobis pro parte tua fuit humiliter Supplicatum quatenus de aliquo oportuno Remedio tibi in hac parte providere gratiose dignaremur **Nos** vero Ius suum cuique tribuere volentes Ac Ius et interesse tua in dicto Archidiaconatu Dorset illesa conservare quantum in Nobis est Ut igitur dictum Archidiaconatum tuum Dorsett in personis rebus et membris suis visitare Ac Procurationes Synodalia et alia Iura et emolumenta Ecclesiastica quecumque ratione huiusmodi visitationis debita percipere Colligere recipere et habere ac in usus tuos proprios Convertere et Applicare et Iurisdictionem Ecclesiasticam Archidiaconalem infra dictum Archidiaconatum Dorsett exercere de tempore in tempus libere et licite possis et valeas quacumque inhibitione auctoritate nostra in contrarium tibi facta aut imposterum facienda et in te exequenda in aliquo non obstante Licentiam et facultatem nostras quantum in nobis est et de iure poterimus benigne Concedimus et elargimur per presentes **Et si** quis huiusmodi nostre Licentie et facultati contravenire aut te in visitatione dicti Archidiaconatus aut in Collectione et perceptione Procurationum vel aliorum quorumvis Iurium aut emolumentorum ratione huiusmodi visitationis debitorum vel in exercitio Iurisdictionis tue Ecclesiastice infra eundem Archidiaconatum Dorset quovis quesito Colore impedire aut removere presumpserit Citesque seu Citari facias peremptorie Auctoritate nostra omnes et singulos qui te sic impedire vel removere voluerint aut presumpserint quos Nos etiam tenore presentium sic Citamus quod Compareant et quilibet eorum compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali aut officiali principali vel alio competenti Iudice in hac parte quocumque in Ecclesia Cathedrali divi Pauli London loco Consistorii ibidem decimo die post Citationem huiusmodi eis aut eorum alicui sive cuilibet in ea parte respective factam si Iuridicus fuerit Alioquin proximo die Iuridico extunc sequente quo Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem officialem principalem vel alium competentem Iudicem huiusmodi ad Iura reddenda pro tribunali sedere contigerit certis Articulis Capitulis sive Interrogatoriis premissa ac contemptum nostrum ac Iurisdictionis nostre Ecclesiastice concernentibus eis et eorum cuilibet tunc ibidem ex officio nostro respective obiciendis et ministrandis personaliter Responsuri ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte Et quid in premissis feceritis &c **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus Apponi fecimus **Dat** Undecimo die Mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo et nostre Consecrationis Anno decimo tercio

Acta super exhibita presentationibus ad Archidiaconatum Dorset

Undecimo die Mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo Infra edibus Solite habitationis venerabilis viri Magistri Thome Yale Legum doctoris Reverendissimi in Christo Patris et domini nostri domini Matthei divina Providentia Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio ac que ad Episcopum Bristollen Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Vicarii in spiritualibus generalis officialis principalis in parochia Sancti Gregorii Civitatis et diocesis London notorie situatis coram eodem Magistro Thoma Yale in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii principalis dicti Reverendissimi Patris Comparuit personaliter Magister Jacobus Proctor clericus et exhibuit literas presentacionis Reverendi in Christo Patris domini Edmundi Sarum Episcopi Sigillo suo Episcopali sigillatas gerentes dat[um] primo die Mensis Marcii Anno domini iuxta Computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo De persona dicti Magistri Jacobi Proctor ad Archidiaconatum Dorsett per Mortem Naturalem Johannis Cottrell Legum Doctoris ultimi Incumbentis ibidem (ut dicitur) vacantem fact[as] et petiit se vigore huiusmodi literarum presentacionis ad dictum Archidiaconatum Dorsett admitti et in eodem institui cum suis iuribus et pertinenciis universis Quem sic presentatum Prefatus Magister Thomas Yale ad dictum Archidiaconatum admittendum et instituendum expresse recusavit Presentibus tunc et ibidem Magistro Thoma Dyghton et Willelmo Harte testibus &c

Ramsham Bristoliensis dioc[esis] Ecclesie Parochialis &c

Institucio

Nono die Mensis Julii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo dominus admisit Georgium Pearde clericum ad Rectoriam Ecclesie Parochialis de Ramsham Bristoliensis diocesis per mortem naturalem Thome Burgos ultimi Incumbentis in eadem vacantem Ad quam per Johannem Pearde de Barnestaple in Comitatu Devon yoman verum Ecclesie Parochialis predicte racione et obtentu cuiusdam Advocacionis Iurispatronatus eiusdem per Johannem Stawell Armigerum Ricardo Skynner et Thome Skynner fact[e] et concesse Necnon racione cuiusdam Assignacionis Advocacionis huiusmodi per dictos Ricardum et Thomam eidem Johanni etiam fact[e] et concesse verum et indubitatum ut dicitur hac vice patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit cum suis Iuribus et pertinenciis universis Curam et Regimen animarum &c ei in domino Commisit Iuribus Archiepiscopalibus et Ecclesie Christi Cant[uariensis] Necnon Ecclesie Cathedralis Bristoliensis dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis Ac Recepto ab eodem Georgio Pearde Iuramento Canonice obediencie &c et de Renunciando omnimode forinsece potestati &c Ac de Recognoscendo Regiam supremam potestatem &c iuxta formam Statuti Parliamenti &c Scriptum Archidiacono Dorsett seu eius officiali ad inducendum

Kynesborough Brist[oliensis] dioc[esis] Ecclesie Parochialis &c

Institucio

Undecimo die Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo dominus admisit Magistrum Willelmum Somerforde sacre Theologie Bacchalaureum ad Ecclesiam Parochialem de Kynesborough Bristoliensis diocesis modo de iure et Statutis huius Regni Anglie vacantem Ad quam per Thomam ffortescue Armigerum verum Ecclesie parochialis verum et indubitatum ut dicitur Patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem Instituit cum suis Iuribus et pertinenciis universis &c Curam et Regimen animarum &c ei in domino Commisit Iuribus Archiepiscopalibus et Ecclesie Christi Cant[uariensis] Necnon Ecclesie Cathedralis Bristoliensis Dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis Ac Recepto ab eodem Willelmo Somerforde clerico Iuramento Canonice obediencie &c et de Renunciando omnimode forinsece potestati &c Ac de Recognoscendo Regiam Supremam potestatem &c iuxta formam Statuti parliamenti &c Scriptum fuit Archidiacono Dorsett seu eius officiali Necnon universis et singulis Rectoribus Vicariis &c Ad inducendum &c

Ockeforde Shillinge alias Ackford Eskillinge Medietatis Rectorie Ecclesie Parochialis / Brist[oliensis] dioc[esis] /

Institucio

B **xxiii°** die mensis Maii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo tercio dominus admisit Georgium White clericum ad illam Medietatem Rectorie sive Ecclesie parochialis de Ockeforde Shillinge alias Ackforde Eskillinge Bristoliensis diocesis In qua medietate quidam Willelmus Baylye nuper Incumbens extitit per mortem naturalem eiusdem Willelmi modo vacantem Ad quam per Jacobum Hanam generosum dicte Medietatis vigore cuiusdam Advocacionis Iurispatronatus eiusdem per Thomam Brokesby Armigerum sibi fact[e] et Concesse hac vice ut dicitur Patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem medietatis Instituit cum suis Iuribus et pertinenciis universis Curam et Regimen animarum &c ei in domino Commisit Iuribus Archiepiscopalibus &c et Ecclesie Christi Cant[uariensis] Necnon Ecclesie Cathedralis Bristoliensis dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis &c Ac Recepto ab eodem Georgio White Iuramento Canonice obediencie &c et de Renunciando omnimode forinsece potestati &c Ac de Recognoscendo Regiam Supremam potestatem &c iuxta formam Statuti parliamenti &c Scriptum fuit Archidiacono Dorsett seu eius officiali ad inducendum

Winterborne iuxta civit[atem] Brist[olie] Ecclesie Parochialis

Institucio

Penultimo die mensis Novembris Anno domini 1572 dominus admisit Richardum Crondall clericum ad Ecclesiam Parochialem de Winterborne iuxta Bristoliam [illegible] ultimo vacantem Ad quam per Margeriam Bradstone viduam Relictam Roberti Bradstone dum vixit de Winterborne predicta verum Ecclesie parochialis predicte Iure dotis sue [illegible] sibi ab eodem nuper Marito suo fact[e] veram et indubitatam hac vice ut dicitur Patronam domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem Instituit cum suis Iuribus et pertinenciis universis Curamque et Regimen animarum &c ei in domino Commisit Iuribus Archiepiscopalibus et Ecclesie Christi Cant[uariensis] Necnon Ecclesie Cathedralis Bristoliensis Dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis &c Ac Recepto ab eodem Richardo Crondall Iuramento Canonice obediencie &c et de Renunciando omnimode forinsece potestati &c Ac de Recognoscendo Regiam Supremam potestatem &c iuxta formam Statuti parliamenti &c Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus &c Ad inducendum

Tolpudle Bristolien dioc
xxs vicar Ecclie perochialis
Institucio

XXVIto die Mensis January Anno dni Millimo Quingenmo Septuagmo secundo
dns admisit Matthm Rogers clicu ad vicaria perpetua Ecclie pochlis
de Tolpudle dioc Bristolien per mortem naturalem dni Johis Burkell
clici ultimi incumbentis in eadem vacan ad qua per Nicholaum Martyn de
Athelhampton in Com Dorc Armiger ipius vicarie perpetue verum et indubitatum
ut dicitur patronum dno presentatus existit ipmq3 vicarium perpetuum eiusdem
Instituit etc cu suis Iuribus et ptinen universis Curam et Regimen Aiay etc dimi
ttendo Consuet Juribz Archiepalibz et Epalibz etc semper salvis Ac Recept ab eodem
Mattheo Iuramt Ca obie etc et de renuncianda omni forense ptati etc et de Recogno
Regia supma ptatem etc iuxta forma Statuti etc Ac de residen et psonali residen
etc et Accept Cura etc Scriptu fuit Archino Dorsett seu eius officiali etc ad
inducend

Lytton Cheny Bristolien
dioc Ecclie perochialis
Institucio

Ad Ecclam pochlem de Lytton Cheny Bristolien dioc

XVImo die Mensis Aprilis Anno dni 1573 dns admisit Johem Chapman in
Artibus Magrm Predicatorem Evangelij dict per mortem naturalem Willmi
Carleton ultimi Incumbentis in eadem vacan ad qua per Radum Hoordinge de Aschley
infra Parochia de Litton Cheny pd generos ipius Ecclie pochlis verum et indubitatum ut
dicitur hac vice Patronum dno presentatus existit ipmq3 Rectorem eiusdem instituit cu
suis Iuribz et ptinen universis etc Curam et Regimen Aiay etc dimittendo Consuet etc Juribz
Archiepalibus et Ecclie xpi Cant Necnon Ecclie Cathis Bristolien dignitatibz et
honoribus in oibus semper salvis Ac Recept ab eodem Johanne Chapman Iuramt Ca obie
et de renunciand omnod forance ptati etc Ac de Recognoscend Regia supma ptatem etc
iuxta forma Statuti Parliamenti etc Scriptu Archino Dorsett ad inducend etc

Halstock Ecclie pochl
Dioc Bristoliensis
Fructuum Sequestracio

Matthęus divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et
Metropolitanus Ad quem oia et omoda Iurisdictio Spualis et Eccliastica que ad Epum
Bristolien Sede plena ptinuit ipa Sede iam vacan Notorie dinoscitur ptinere dilectis
Nobis in Xpo Christofero Mollineux et Edmundo Prowte generosis Salutem grām et
ben **Cum** ubi ex fidedigna relacone accepimus Cura Rectorie et Ecclie pochlis
de Halstock in Com Dorsett dict Bristolien dioc Parcell Possessionum pbende de
Lyme et Halstock in Ecclia Cathe Sar fundat existen Culpa et Negligentia David
Vale artiu Magri Rectoris et Prebendarij eorundem penitus neglecta relinquitur in
Aiay periculum ibm grave periculum et interitum manifestum **Nos** igitur Nolentes
premissa conniventibus oculis pterire Sed pro officij nri debit quatenus in Nobis
est Subvenire volen Omnes et singulos fructus decimas redditus obvenciones comoditates
et cetera emolumenta quecumqz ad dicta Rectoria et Ecclam pochale de Halstock
quomodolibt spectan ex officio nro duximus Sequestrand et ad huiusmodi Sequestri nri
Custodia Nobis comittend iusticia ita exigen prout etia sic Sequestramus et Vobis comittim
per pntes **Ad** publicand igr huiusmodi Sequestrum nrm sic per Nos interpoit oibus et
singulis quibus interest in hac parte Necnon ad Colligend Levand et percipiend oes et
singulos fructus decimas obvenciones comoditates et emolumenta Eccliastica quecumqz ad
dicta Rectoria et Ecclam pochlem quoquo modo spectan et ptinen Eadqz et ea sic Collect Levat et
percept sub salvo et tuto Sequestro Custodiend et conservand Ac que temporis mora deteriora
futura sunt deteriora iusto precio Alienand et vendicioni exponend Atqz de Collectis levatis
et perceptis huiusmodi Cure dict Ecclie in divinis et aliis officijs requisitis debite inservire Ac oia
onera eidem Ecclie incumbentia supportari faciend et causand Ac de residuo sic Collect
Levat et percept fidelem Nobis Compm sive racionem cu ad hoc congrue fuerit requisiti
iuste reddend et faciend **Ceteraqz** oia et singla alia faciend gerend et expediend que
in hac parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibt requisit **Vobis** coniunctim et divisim
vices et Auctem nras Comittimus per pntes tantisper duratur quoad duxerimus
relaxand **In cuius rei testimonium** Sigillum pro Causis Audiencie nre
Cantuarien Presentibus apponi fecimus **Dat** in Manerio nro de Lambhith
Quinto die Mensis Maij Anno dni Millimo Quingentmo Septuagesimo tercio

Relaxatio Sequestri fructuum Eccle de Okeford ffitzpayne Bristolien dioc

Matthæus divina providentia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et
Metropolitanus Ad quem ois et omnoda Jurisdictio etc que ad Epm Bristolien Sede plena
ptinuit sua Sede jam vacan notorie dinoscitur pertinere **Dilecto Nobis in**
xpo Johanni Cowper Clico Salutem graciam et Ben **Cum** tu nuper tacita veritate
et suggesta falsitate Omnes et singulos fructus decimas Redditus et proventus Eccle pochis
de Okeforde ffitzpayne dict Bristolien dioc de fact Sequestrari ac Custodiam
Sequestri huiusmodi et Collectionem fructuum et decimarum eiusdem Eccle tibi Committi
nulliter et iniuste obtinueris **Nos** ex certis causis veris iustis rationabilibus et ltimis
nos in hac parte spialr moventibz dictum pretens Sequestrum ex huiusmodi falsa et iniusta
suggestione de fact ut pmittitur interpositum duximus relaxand prout etiam hac serie
sic relaxamus Tibi firmiter precipiendo Mandantes quatenus a die receptionis ptium
aut intimationis earundem tibi fiend te in fructibus decimis proventibus aut emolumentis
eiusdem Eccle vigore pretensi Sequestri pdict vel alterius cuiuscumque iuris Noie et auctoritate
interpositis seu in aliqua parte eorundem minime intromittas Nec fructus decimas aut
proventus huius Eccle per teipm aut quemvis alium per te vel tuo noie percipere vel
Colligere Noie vel auctoritate iuris psumas sub pena contemptus **In cuius rei**
testimonium Sigillum nrum pro Curie Audientie nre Cant ptibz apponi fecimus Dat
quinto die mensis Junii Anno Dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo tertio Et nre Cons
Anno quarto

Relaxatio Sequestri fructuum Rectorie de Halstock dioc Bristolien

Matthæus etc Ad quem omnis et omnoda Jurisdictio etc **Dilecto** Nobis in xpo
Christofero Mollineux et Edmundo Prowte generosis Salutem graciam et Ben **Cum** nuper
ex falsa quadam et iniusta suggestione omnes et singuli fructus decime Redditus et
proventus Rectorie et Eccle pochis de Halstock in Com dorss dict Bristolien dioc pro ille
possessionem Prebende de Lyme et Halstock in Eccl̃ia Cathe Sarz fundat existen
auctoritate nra de fact fuerint Sequestrat et huiusmodi Sequestri Custodia vobis con tim et di'm
commiss **Nos** ex certis causis iustis rationabilibus et ltimis Nos in hac parte spialr
Moven dictum pretensum Sequestrum huiusmodi ex falsa et iniusta Suggestione de fact
ut pmittitur interposit duximus relaxand prout etiam hac serie sic relaxamus **Vos**
con tim et divisim firmiter precipiend mandam Quatenus a die receptionis ptium aut
intimationis earundem vobis fiend vos aut vrum alterum in fructibus decimis proventibus
aut emolumentis eiusdem Rectorie vigore pretensi Sequestri pd vel alterius cuiuscumque iuris
Noie et auctoritate interposit seu in aliqua parte eorundem minime intromittatis aut vrum
alter se intromittat nec fructus decimas aut proventus huius Rectorie per vosmetipsos
aut quemvis alium per vos vel vro noie percipere vel Colligere Noie vel auctoritate iuris
psumatis seu psumat vestrum alter Sub pena contemptus **In cuius** etc Testimonium
Sigillum nrum ptibus Apponi fecimus **Dat** in Manerio nro de Lambhithe xijo die
Junii Anno Dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo tertio

Tm Clementis Janson vid Bristol dioces

In the name of god Amen

the xvjth daye of November in the yere of our Lorde god a Thowsande fyve hundred three skore and eleaven and in the fowrtenth yere of our moast gracious Soverigne Ladye Elizabeth by the grace of god of Englonde ffraunce and Irelande Quene defendor of the faith etc I Clemente Janson of Bowdage in the Comtie of Dorr and in the Parrisshe of Cramborne beinge of good and perfect memorie Revokinge and Annullinge all former wills and Testaments doo ordeyne and make this my last will and Testament in manner and forme followinge ffyrst I gyve and bequeathe my Soull unto allmightie god and by the Merite of his passion hymbly trustinge to be associate amongest the hollye Companye of Saintes in heaven and my boddy to be buryed in the Churchyarde of Cramborne Item I gyve and bequethe to the Reparacions of the same Churche iiijs viijd Item I gyve unto my Kynsman Edwarde Janson ffower score poundes to be delivered unto hym at the full age of twenty and one yeres and my wiffe to have the Custodye of hym and the Stock untill he cometh to that yeres yf the saide Edwarde shall happen to dye before he cometh unto the full age of xxj yeres Then my will ys that Alice my wiffe shall have the saide xxli poundes and to distribute it at her pleasure Item I gyve and bequeath unto everye of Thomas Johnsons Children of Cramborne twoo Sheepe Item I gyve and bequethe unto everye of Roger Johnsons Children twoo Sheepe Item I gyve and bequethe unto my Kynswoman Mary

Butte one heyfer of two yeres of age and two Shepe. Item I gyve unto every of my godchilderen xijd. Item I gyve to every of my Servantes one Shepe. Item I gyve unto Richarde Russell one Heyfer of two yeres of age and two Ewes. Item The Rest of my goodes and Cattells both movable and unmovable beinge not gyven nother bequethed I doe gyve unto Alice my wyfe whome I doe make my Sole Executrix frely to dyspose this my last will and Testament. Item I doo ordeine and make Thomas Armerid and Anthonye Ives gentillmen myne overseers of this my last will and testament and they to have allowaunce of my Executrix for all suche charges as may happen aboute the performaunce of this my last will and Testament. Wheras I have appoynted my wyffe Alice to have the Custodye of Edwarde Johnson my kynsman and his Stock untill he cometh unto the full age of xxi yeres, My will ys that yf my said wyfe shoulde happen to marye before he cometh unto the full age of xxi yeres That then before suche tyme as she maryeth to enter in bande with sufficient suertyes unto my overseers for the payment of the saide fowre score poundes at the full age of xxi yeres. Allso my wyll ys That yf my saide wyfe shulde happen to dye before the sayde Edward Johnson shulde be of the full age of xxi yeres Then my will ys That my overseers shall have the Custodye of my saide kynsman and his Stock untill he cometh unto the full age of xxi yeres. Recorde hereof George Hudd George Scribe Thomas Omey Thomas Wattes William Whitaker and others

[illegible]

Probatum fuit Testamentum suprascriptum coram Magistro Thoma Yale legum doctore vicario in spiritualibus generali etc. decimo octavo die mensis Marcii Anno domini iuxta computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Iuramento Executricis in Testamento huiusmodi nominate Cui commissa fuit Administracio bonorum etc. primitus de bene etc. in forma Juris in persona Edwardi Orwell Notarii publici procuratoris sui literatorie constituti Jurate salvo Jure cuiuscumque

Culliforde Ad°.

Decimo tercio die mensis Junii Anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo Thomas Yale legum doctor vicarius in spiritualibus generalis etc. commisit Administracionem bonorum Marione Cullyforde nuper dum vixit Bristolliensis dioc. Alice Cullyforde filie naturali dicte defuncte primitus de bene etc. in forma Juris in persona Thome Blackmore Notarii publici procuratoris sui etc. Jurate salvo Jure etc. Et habet pro Inventario citra festum sancti Michaelis Archangeli etc.

Sequestracio fructuum etc. Archidiaconatus Dorset

Mattheus etc. dilecto nobis in Christo Henrico Tyncheon clerico Salutem graciam et benediccionem **Cum** uti ex fidedigna relacione accepimus Archidiaconatus Dorsett in Ecclesia cathedrali Sarum et nunc Bristolliensis nostre Cantuariensis provincie per mortem naturalem Johannis Cottrell legum doctoris ultimi Archidiaconi et Incumbentis ibidem vacuus existit Nos igitur providere volentes ne fructus Redditus proventus Comoditates et Emolumenta dicti Archidiaconatus dilapidentur aut consumantur interim seu aliquibus supponantur dispendiis sed ad usum futuri Archidiaconi et Incumbentis eiusdem ac onera eidem Archidiaconatui incumbentia supportanda debite et fideliter conserventur omnes et singulos fructus Redditus et proventus et emolumenta huiusmodi ad dictum Archidiaconatum spectantia et quomodolibet pertinentia ex causis predictis et aliis nonnullis veris iustis et legitimis causis Nos in hac parte specialiter moventibus duximus sequestranda prout etiam sic sequestramus et huiusmodi sequestri nostri custodiam tibi committimus per presentes Ad publicandum igitur huiusmodi sequestrum nostrum sic per nos interpositum omnibus et singulis quorum interest in hac parte **Necnon** ad colligendum levandum et percipiendum omnes et singulos fructus decimas Redditus proventus obvenciones comoditates ac cetera iura et emolumenta quecumque ad dictum Archidiaconatum quoquomodo spectantia et pertinentia Eaque sic collecta levata et percepta sub salvo et tuto sequestro custodiendum et conservandum ac que temporis mora deteriora verisimiliter futura sunt iusto precio alienandum et vendendum exponendum Atque omnia et singula onera eidem Archidiaconatui incumbentia debite supportari faciendum et curandum ac de residuo sic collectis et levatis ac perceptis fidelem nobis compotum sive Raciocinium cum ad hoc congrue fueris requisitus iuste reddendum et faciendum omnes et singulas personas quascumque nostre Jurisdiccioni aliqualiter infra dictum Archidiaconatum Dorset compellendum monendum citandum seu Inhibendum faciendum **Ceteraque** omnia et singula alia faciendum exercendum gerendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi vices et auctoritatem nostras committimus per presentes tantisper duraturas quousque eas duxerimus revocandas **In cuius rei** etc. Dat. etc. decimo die mensis Marcii Anno domini 1571 et nostre consecracionis Anno xiij° Registratur fol. 40.

Octavo die mensis octobris Anno dni Millimo quingentesimo Septuagesimo tercio dns admisit Johem Bisshon Clericum Ad vicariam perpetuam Eclie parochialis de Turnewood Bristolien dioc Cant pz provincie per mortem naturalem ultimi incumbentis in eadem iam vacan Ad quam per Christoferum Trinchere et Edith Trinchere eius uxorem eiusdem vicarie patronos veros et indubitatos ut dicitur prefato dno presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit cum suis iuribus et pertinenciis universis curamque et Regimen animarum etc ei in dno commisit Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus Bristolien pro tempore existen etc in omnibus semper salvis Ac prestito per eum Iuramento Canonice obedientie etc et de renunciando omni forinsece potestati etc et de recognoscendo regiam supremam potestatem etc iuxta formam Statuti parliamenti etc ac de continue et personaliter Residendo in eadem Scriptum fuit Archino dorsetten eius officiali etc ad inducendum etc

Turnewood vicaria ppe Eclie parochialis Brist dioc

Institutio

Decimo septimo die mensis Aprilis Anno dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dns admisit Thomam Wetherod artium Magistrum Ad Canonicatum et Prebendam in Ecclia Cathedrali Bristolien quos Magister Johannes Cottrell nuper habuit et possidebat per mortem naturalem Johis Cottrell ultimi Incumbentis ibidem iam vacan Ad quos per Illustrissimam in xpo Principem et dnam nram dnam Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc dictorum Canonicatus et prebende veram et indubitatam ut dicitur Patronam dno presentatus extitit Ipsumque Canonicum et Prebendarium eorundem in persona Thome Blackemore Notarii publici Procuratoris sui ltime constit etc Instituit et ltime Investivit in eisdem cum suis Iuribus et pertinenciis universis Stallum prebende in Choro ac locum et vocem in Capitulo ei Assignavit etc Iuribus Archiepalibus Cantuar ac Epalibus Bristolien pro tempore existen etc semper salvis Ac prestito Iuramento Canonice obedientie etc ac de renunciando omni forinsece potestati etc et de recognoscendo regiam supremam potestatem etc iuxta formam Statuti Parliamenti etc et de observando Statuta et ordinationes et Laudabiles consuetudines dicte Ecclie Cant et Bristolien etc Scriptum fuit decano et Capitulo Ecclie Cathis Bristolien seu eorum vicegerenti etc ad installandum

Prebenda in Ecclia Cathis Bristolien

Duodecimo die mensis Junii Anno dni millimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dns admisit David Woodnett clericum ad Rectoriam perpetuam Ecclie parochialis de Hammoham Bristol dioc per mortem naturalem ultimi Incumbentis in eadem iam vacan Ad quam Georgius Trenchard Armigerum ipsius Ecclie parochialis verum et indubitatum ut dicitur hac vice Patronum dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem Instituit etc cum suis Iuribus et pertinenciis universis Curamque et Regimen Animarum etc ei in dno commisit Iuribus Archiepalibus Cantuar et Epalibus Bristolien pro tempore existen etc in omnibus semper salvis Necnon recepto ab eodem Iuramento Canonice obedientie etc Ac de renunciando omni forinsece potestati etc et de recognoscendo regiam supremam potestatem etc iuxta formam Statuti parliamenti etc Scriptum fuit Archino dorsetten eius officiali etc Ad inducendum etc

Hammoham Ecclie parochialis Dioc Bristolien

Institutio

Xiiij^to^ die mensis Junii Anno dni millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dns admisit Robtum Aburffossey clericum ad Ecclesiam parochialem de Stanbridge als littell hinton Bristolien dioc Cant pz provincie per mortem naturalem ultimi incumbentis ibidem iam vacan Ad quam per dnum Thomam Perolett ipsius Ecclesie parochialis verum et indubitatum ut dicitur Patronum dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem Instituit etc cum suis Iuribus et pertinenciis universis Curamque et Regimen Animarum etc ei in dno commisit Iuribus Archiepiscopalibus Cantuar et Epalibus Bristolien pro tempore existen etc In omnibus semper salvis Necnon recepto ab eodem Roberto Iuramento obedientie Canonice etc et de Renunciando omni forinsece potestati etc et de Recognoscendo regiam supremam potestatem etc iuxta vim formam et effectum Statuti parliamenti etc Scriptum fuit Archino dorsett seu eius officiali etc Ad inducendum

Stanbridge als litle hinton Ecclesie parochialis Brist dioc

Institutio

XV^to^ die mensis Septembris Anno dni millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dns admisit Richardum Harball clericum Ad Ecclesiam parochialem de Compton Abbis Bristolien dioc per mortem naturalem dni Johannis Samwais clerici ultimi incumbentis in eadem vacan Ad quam per Johem Rede Armigerum ipsius Ecclesie parochialis verum et indubitatum ut dicitur hac vice patronum dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem Instituit etc cum suis Iuribus et pertinenciis universis Curamque et Regimen Animarum parochianorum ibidem ei in dno Commisit Iuribus Archiepalibus Cantuar necnon Epalibus Bristolien pro tempore existen etc in omnibus semper salvis etc Ac recepto ab eodem Richardo Harball clerico Iuramento Canonice obedientie etc et de Renunciando omni forinsece potestati etc Ac de Recognoscendo regiam supremam potestatem etc iuxta forma Statuti parliamenti etc Scriptum fuit Archino dorsett eius officiali ad inducendum etc

Compton Abbis Ecclesie parochialis Dioc Bristol

viij^to^ die mensis Octobris Anno dni 1574 dns admisit dnm Arthurum Kingwood clericum Ad Ecclesiam parochialem de Bryanston Bristolien dioc per liberam et spontaneam resignationem dni Walter Bossfeld ultimi et immediati Rectoris ibidem iam vacan Ad quam per Thomam Rogers de Bryanston predict Armigerum ipsius Ecclie parochialis verum et indubitatum ut dicitur hac vice Patronum dno presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem Instituit etc cum suis Iuribus et pertinenciis universis Curamque et Regimen Animarum parochianorum ibidem ei in dno Commisit Iuribus Archiepalibus Cantuar et Episcopalibus Bristolien pro tempore existen etc in omnibus semper salvis etc Necnon recepto ab eodem Arthuro Kingwood Iuramento Canonice obedientie etc et de renunciando omni forinsece potestati etc et de recognoscendo regiam supremam auctoritatem potestatem etc iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti [illegible] Scriptum fuit Archino Dorsett ad inducendum etc

Bryanston Ecclesie parochialis Dioc Bristolien

Institutio

Winterborne Stepleton Eccle[si]e paro[chia]lis dioc[esis] Bristol

Institucio

vij die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dominus admisit Willelmum Miles clericum ad Ecclesiam parochialem de Winterborne Stepleton Bristoliensis dioc[esis] Cantuariensis provincie per liberam et spontaneam Resignacionem ultimi Incumbentis in eadem vacantem Ad quam per illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Reginam fidei defensorem et eiusdem Ecclesie parochialis veram et indubitatam ut dicitur patronam domino presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et in singulis Juribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum et ei in domino commisit Juribus Archiepiscopalibus Cantuariensis et Episcopalibus Bristoliensis pro tempore existentis et in omnibus semper salvis Necnon recepto ab eodem Willelmo Miles Juramento Canonicae obedientie et de renunciando omni forance potestati et de Recognoscendo regiam supremam potestatem et iuxta formam Statuti parliamenti Scriptum fuit Archidiacono dorsett seu eius officiali ad inducendum etc.

Sturmyster Newton cum Capella de Bagbere dioc[esis] Bristoliensis vicarie perpetue

Institucio

xvj die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dominus admisit Willelmum Ellyngton clericum ad vicariam perpetuam Ecclesie parochialis de Sturmyster Newton cum capella de Bagbere annexa legitime vacantem Ad quam per illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Reginam fidei defensorem et eiusdem vicarie perpetue veram et indubitatam ut dicitur patronam domino presentatus existit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit ac in singulis Juribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum et ei in domino commisit Juribus Archiepiscopalibus Cant[uariensis] et Episcopalibus Bristoliensis pro tempore existentis et in omnibus semper salvis Necnon recepto ab eodem Juramento Canonicae obedientie et de renunciando omni forance potestati et de Recognoscendo regiam supremam potestatem et iuxta formam Statuti parliamenti et ac de continua et personali residencia in eadem vicaria etc. Scriptum fuit Archidiacono dorsett seu eius officiali et ad inducendum

Langton Eccle[si]e paro[chia]lis Bristoliensis dioc[esis]

Institucio

Secundo die mensis decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dominus admisit Mattheum Rogers Clericum ad Ecclesiam parochialem de Langton dicte Bristoliensis dioc[esis] iam legitime vacantem Ad quam per dominam Katherinam Rogers parochie de Blandford forum in Com[itatu] dorsett viduam eiusdem Ecclesie parochialis veram et indubitatam ut dicitur hac vice patronam domino presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem Institutum et in singulis Juribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum et ei in domino commisit Juribus Archiepiscopalibus Cant[uariensis] et Episcopalibus Bristoliensis pro tempore existentis et in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Juramento Canonicae obedientie et de renunciando omni forance potestati et de Recognoscendo regiam supremam potestatem et iuxta formam Statuti Parliamenti etc. Unde eodem die Emanavit Citacio contra Johannem [illegible] clericum pretensum Rectorem Ecclesie parochialis de Langton supradicte ad comparendum in loco Cons[istoria]li et [illegible] post etc. ad dicendum causam quare Pronunciatus Mattheus Rogers sic Institutus in realem possessionem non debeat etc.

Combekaynes cum capella de Woolbridge vicarie perpetue Eccle[si]e paro[chia]lis dioc[esis] Bristol

Institucio

vij° die mensis decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dominus admisit Willelmum Willesworth clericum ad vicariam perpetuam Ecclesie parochialis de Combekaynes cum Capella de Woolbridge annexa Bristoliensis dioc[esis] Cantuariensis provincie legitime vacantem Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Reginam fidei defensorem et eiusdem vicarie perpetue veram et indubitatam ut dicitur patronam domino presentatus existit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit in singulis Juribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum et ei in domino commisit Juribus Archiepiscopalibus Cant[uariensis] et Episcopalibus Bristoliensis pro tempore existentis et in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Willelmo Juramento Canonicae obedientie et de renunciando omni forance potestati et de recognoscendo regiam supremam potestatem iuxta formam Statuti parliamenti et ac de continua et personali residencia in eadem vicaria perpetua Scriptum fuit Archidiacono dorsett eiusve officiali et ad inducendum etc.

Buckland alias Newton Buckland dioc[esis] Bristoliensis vicarie perpetue eccle[si]e paro[chia]lis

Institucio

xvj die mensis Januarij Anno domini iuxta computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dominus admisit Johannem Phillippes Clericum ad vicariam perpetuam Ecclesie parochialis de Buckland alias Newton Buckland Bristoliensis dioc[esis] Cantuariensis provincie per liberam et spontaneam Resignacionem venerabilis viri Henrici [illegible] Archidiaconi dorsett ultimi vicarij et Incumbentis in eadem vacantem Ad quam per decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Wellensis eiusdem vicarie perpetue veros et indubitatos ut dicitur patronos domino presentatus existit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit et in singulis Juribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum et ei in domino commisit Juribus Archiepiscopalibus Cant[uariensis] et Episcopalibus Bristoliensis pro tempore existentis et in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Johanne Phillippes Juramento Canonicae obedientie et de renunciando omni forance potestati et de Recognoscendo regiam supremam potestatem et iuxta formam Statuti Parliamenti etc. Necnon de continua et personali residencia in eadem vicaria perpetua Scriptum fuit Archidiacono dorsett seu eius officiali ad inducendum etc.

ffrome Whitfeld dioc[esis] Brist[oliensis] Eccle[si]e parochialis

Institucio

viij die mensis ffebruarij Anno domini 1574 dominus admisit Johannem Strangman clericum ad Ecclesiam parochialem de ffrome Whitfeld Bristoliensis dioc[esis] Cantuariensis provincie legitime vacantem Ad quam per Willelmum Strangman de Winterborne St Martini in Com[itatu] dorsett generosum eiusdem Ecclesie parochialis verum et indubitatum ut dicitur Patronum domino presentatus existit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et in singulis Juribus et pertinentiis universis Curamque Regimen animarum et ei in domino commisit Juribus Archiepiscopalibus

Cantuar et Epalibus Bristollien pro tempore existen &c in oibus semper salvis Ac recept ab eod Johanne Strangman Juramento Caco obed &c et de renunciand et recusand ptati &c ac de recognosc regiam supremam ptatem &c iuxta formam Statuti parliat &c et Scriptum fuit universis et singlis Rectoribus vicarijs &c ad inducend &c vel Offic Archin loci &c

Matthewe &c ad quem oes et omnimoda Jurisdictio spualis et Ecclastica que ad Epum Bristoll Sede plena pertinuit ipa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Venerabili viro Confratri nro dno Edmundo Gheston Sar Episcopo Necnon ad exercend Jurisdictionem ecclasticam infra Archidiaconatum et Com Dorsett Dioc Bristollien dioc Comissario Salutem et fraternam in dno Charitatem **Cum** ex nonnullor fidedignorum relacone et insinuacone famaqz publica et facti notorietate referentibus ad nram pervenerit auditum Qd Jacobus Proctor clericus vr ad exercend Jurisdictionem Ecclasticam in dict Archinatu et Com Dorss Substitutus in exercitio huioi officii scandalose gesserit Nonnullosqz Subditos dci Archinatus criminosos et delinquentes huioi Criminibz et delictis eidem Jacobo Proctor denunciatos detectos et accusatos corrigere aut reformare (turpi lucro et muneribz corruptus) penitus neglexerit eoqz obtentu ipi ad magis gravibusqz delinquend audaciores reddantur in animar suar sic delinquentium grave piculum aliorqz exemplum longe perniciosum in Ecclia dei non ferend **Nos** igr ipius Jacobi Proctor negligentiam Corruptelam et incuriam in hac parte diutius tollerare Nolentes ipm ex causis predictis et alijs nos in hac parte spualiter moventibus Ab omni et ulteriori exercicio Jurisdictionis ecclastice ac ptate nra auctoritate officii huioi exercitione merito duximus amovend **Quocirca** fraternitati vre &c stricte percipiend Mandamus quatenus perceptis pntibus eundem Jacobum Proctor substitut vrm huioi revocetis ipmqz ab exercitione officii pdci et ulteriori exercitio Jurisdictionis ecclastice in dict Archinatu et Comitatu Dorss sine ulteriori dilacone amoveatis quem nos etiam tenore pntium sic amovemus **Et** quid in premissis feceritis aut fieri mandaveritis nos aut vicarium nrm in spualibz generalem citra primum diem mensis Marcii prox futur debite et autentice Certificetis vnacum pntibz **In cuius rei testimonium** Sigillum nrum pntibus Apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambehith duodecimo die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacone Ecclie Anglicane Millimo quingen Septuagesimo quarto et nre Consec Anno decimo sexto

Amocio Jacobi Proctor ab exercitio Jurisdictionis ecclastice Archinatus Dorsett

ceden vel Resignan Assignand et Limitand Nomina Clericorum et Beneficiatorum quorumcumque tam
pro ordinibus quam Beneficiis per eos adeptis Lras et Munimenta quecumque exigend et recipiend
easque et ea diligenter examinand et discutiend Et si quos non sufficienter munitos in ea parte
inveneris ab officiis et Beneficiis dimittend et sic pro non munitis pronuntiand et declarand
Sinodosque Capitula tam generalia quam Spualia Cleri et Populi huiusmodi pro excessibus
predictorum aut reformatione quacumque faciend et convocand Ac Sinodalia quecumque et procura-
tiones ac etiam alia Jura et Emolumenta Spualia et Ecclastica Nobis ratione vacationis et visita-
tionis Sedis predict debit et solui consuet ad usum nrm petend recipiend et exigend Ac
procurationes et alia Jura huiusmodi non solventes aut soluere recusantes per censuras ecclasticas
cogend et compellend et coercend **Ad hec** Clericos quoscumque coram quibuscumque Justiciariis sive
Judicibus secularibz dne nre Regine in casu Sanguinis vel super felonia quacumque infra dictas
Civitatem et dioc Assaphen impetitos sive convictos vendicand exigend petend et recipiend
ac huiusmodi Clericis omnibus et singulis sic vel aliter convictis Purgationes legitime indicend et
iniungend Eosque taliter purgatos iuxta Immunitatem Ecclesiasticam talibz Clericis vel ordini
Clericali ratione indultam immunes et innocentes declarand Eosque a Carceribus et Vinculis
quibus detenti fuerint relaxand et liberand omnemque et omnimodam Jurisdictionem et possessionem
nras continuand et nomine nro et Eccle nre Xpi Cantuar defendend et conservand **Salvis**
et ex certis causis rationabilibus et legitimis Nos in hac parte specialiter moventibz reservatis Nob
et vicario nro in Spualibz generali examinatione admissione et institutione quorumcumque clericorum
ad quecumque Beneficia Ecclastica dictarum Civit et Dioc Assaphen durante vacatione Sedis
predict presentandorum presentibus Lris nris Commissionalibz aut aliquo in eisdem contentis in contrarium

salvis etc Gen

non obstan[te] quibuscumque. **Alium** insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco tuo substituend[i] ac dictum seu dictos vices tuas nostras circa premissa in omnibus locis earundem Civitatis et dioc[esis] Assaphen[sis] revocandi quotiens opus fuerit committendi ac Substitutos huiusmodi ad tuum beneplacitum revocandi **Et generaliter** omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna **Tibi** vices et Autoritatem nostras Committimus cum cuiuslibet cohercionis et canonice cohercionis potestate per presentes ad beneplacitum nostrum tantummodo duratur[as] Prioribus litteris nostris Commissionalibus aliquibus personis ante hac fact[is] et concessis in aliquo non obstan[tibus]. Quas hac [vice] ex certis causis iustis rationabilibus et legitimis Nos in hac parte specialiter moventibus revocamus et pro revocatis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem haberi et censeri volumus. **Assumpto** tibi et Substitut[o] vel Substitutis tuis uno vel pluribus dilecto Nobis in Christo Johanne Incent Notario publico Registrario nostro Primario vel uno in hac parte deputato suo Deputatis in Registrarium et Actorum tuorum Scribam in hac parte durante hac nostra Commissione. **Mandantes** nihilominus quod te cessante vacatione Sedis predicte et alio Episcopo in eadem Sede consecrat[o] et intronizat[o] de omni eo quod per te aut Substitutos tuos unum vel plures actum gestum sive expeditum fuerit Nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem et officialem principalem per litteras tuas patentes manu autentica Conscriptas Acta et processus tuos complectentes debite certificare non postponas prout decet. **In cuius rei testimonium** Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. **Dat[um]** in Manerio nostro de Lambehith decimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo tertio Et nostre Con[secrationis] Anno quarto

Tertio die decembris Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo tertio dominus admisit Ricum Garoton Clericum ad Rectoriam ecclesie parochialis de llanorvyn Assaphen[sis] dioc[esis] Cant[uariensis]que provincie per mortem ultimi Incumbentis ibidem vacan[tem] Ad quam per Serenissimam in Christo Principem et dominam nostram dominam Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. huius ecclesie parochialis veram et indubitatam ut dicitur Patronam dicto domino presentatus extitit ipsumque Rectorem eiusdem Instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curam et Regimen animarum etc. ei in domino Commisit Ac prestito per eum Iuramento Canonice obedientie etc. Ac de renunciando omni forinsece potestati etc. Ac de recognoscendo Regiam supremam potestatem etc. metropoliticis Iuribus Archiepiscopalibus et Episcopalibus Assaphen[sis] ecclesie in omnibus semper salvis Scriptum fuit universis et singulis Ad Inducendum etc.

Lanorvyn Ecclesie parochialis

Institutio

Octavo die mensis decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo tertio dominus Admisit Willelmum Hughes sacre Theologie Professorem Ad Archidiaconatum Assaphen[sem] in Ecclesia Cathedrali Assaphen[si] per Mortem Naturalem bone Memorie domini Thome nuper Assaphen[sis] Episcopi et Commendatorii eiusdem Archidiaconatus Assaphen[sis] modo vacan[tem] Ad quem per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. huius Archidiaconatus veram et indubitatam ut dicitur Patronam dicto domino presentatus extitit ipsumque Archidiaconum ibidem Instituit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Ac prestito per eum Iuramento Canonice obedientie etc. Ac de renunciando omni forinsece potestati etc. Ac de recognoscendo Regiam supremam potestatem etc. Ac de observando statuta et ordinationes Ecclesie Cathedralis Assaphen[sis] etc. Scriptum fuit decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Assaphen[sis] predicte Ad installandum etc.

Archidiaconatus Assaphen[sis] in Ecclesia Cathedrali Assaphen[si]

Institutio

mmissio
percuc
Iure

Mattheus divina providentia Cantuarien[sis] Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus **dilectis** nobis in Christo magistris Thome Yale legum doctori Vicario in spiritualibus generali et ffelici Lewes legum doctori Alme Curie nostre Cantuar[iensis] de Archubus London[ie] Advocato et Willelmo Evans in legibus Bacchalaureo Ecclesie Cathedralis Landaven[sis] Thesaurario Salutem gratiam et benedictionem. **Cum** omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Landaven[sem] qui pro tempore fuerit nostre Cantuar[iensis] Ecclesie Suffraganeum sede plena spectabat eiusque Iure ordinario exercitium spectat Sede per Mortem bone Memorie Confratris nostri Domini Hugonis nuper Landaven[sis] Episcopi iam vacante Ad nos et hanc Ecclesiam nostram Metropoliticam Christi Cant[uariensem] nomine de Iure prerogative et consuetudine hactenus inconcusse usitatis et observatis legitimeque prescriptis pacifice et quiete pertinere dinoscuntur Nos de vestris sana doctrina fidelitate conscientie puritate et circumspectionis industria in hac parte plurimum freti vos nomine vice et auctoritate nostris quatenus de iure nos possumus delegatos Commissarios ac Civitatis et dioc[esis] Landaven[sis] predicte spiritualitatis Custodes coniunctim et divisim preficimus Constituimus et deputamus Omnemque ac omnimodam Iurisdictionem Spiritualem et Ecclesiasticam ad Episcopum Landaven[sem] pro tempore existen[tem] de iure vel consuetudine quoquomodo spectan[tem] et pertinen[tem] que ad nos vel Sedem nostram predictam quoquomodo pertinet vel pertinere debet vobis coniunctim et divisim (salvis infrascriptis) Committimus per presentes. **Ad visitandum** igitur vice et

Vacatio sedis Episcopalis Landaven[sis]

1574

auctoritate nostra tam in capite quam in membris ecclesiam cathedralem ac civitatem et dioc. Landaven. predictas clerumque
et populum in eisdem degen. sive residen. deque statu ecclesiarum et locorum huiusmodi necnon vita moribus et
conversatione ac etiam qualitatibus personarum in ecclesiis et locis huiusmodi degen. sive ministran. modis omnibus
quibus id melius et efficacius poteritis inquirendi et investigandi criminosa vero culpabiles et delinquentes
tam clericos quam laicos condignis penis usque ad beneficiorum dignitatum et officiorum suorum privationem (si facti atrocitas
ita poposcerit) fructuumque redditum et proventuum ecclesiarum et locorum quibus presunt sequestrationem
vel quamcumque aliam congruam et competentem coercionem mitius sive puniendi et corrigendi atque ad meliores
vivendi mores modis omnibus quibus id melius poteritis reducendi. Testamenta etiam quorumcumque defunctorum infra
civitatem et dioc. predictas decedentium quorum insinuatio et approbatio ad episcopum Landaven. sede plena pertinet
approbandi et insinuandi administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum executoribus in eisdem testamentis nominatis vel
aliis personis idoneis durante minori etate executorum huiusmodi committendi administrationesque bonorum et sequestrandi
ab intestato sive per viam intestati decedentium personis quibus de iure fuerit committendi expediendi et concedendi
compotum quoque tam executorum quam administratorum et sequestratorum huiusmodi audiendi recipiendi et admittendi
ac eosdem executores administratores et sequestratores omnes et singulos exinde acquietandi relaxandi
et finaliter dimittendi. Ac procedendi insuper statuendi et diffiniendi in omnibus et singulis causis negotiis
litibus et querelis in curia consistorii Landaven. sive ex officio mero mixto vel promoto aut ad quarumcumque
partium instancias motis et intentatis et in curia predicta penden. indecisis vel imposterum durante vacatione
predicta movendis et intentandis ipsasque et ea cum suis incidentibus emergentibus dependen. annexis
et connexis quibuscumque fine debito terminandi et finiendi. Contumaces autem et rebelles cuiuscumque status
sive conditionis fuerint (si quos inveneritis) per censuras ecclesiasticas compescendi ecclesias etiam et
alia loca dimissa vacare et pro vacantibus habendi fore decernendi et declarandi. Pensionesque legitimas congruas
et competentes ceden. et resignan. assignandi et limitandi. Necnon clericorum et beneficiorum quorumcumque tam
pro ordinibus quam beneficiis per eos adeptis literas et munimenta quecumque exigendi et recipiendi easque
ea diligenter examinandi et discutiendi et si quos non sufficienter munitos in ea parte compererit
ab officiis et beneficiis dimittendi et sic pro non munitis pronunciandi et declarandi. Synodosque
et capitula tam generalia quam specialia cleri et populi huiusmodi pro correctione criminum et excessuum aut
reformatione quacumque faciendi et convocandi. Procurationesque et synodalia quecumque nobis
ratione visitationis predicte aut ratione vacationis sedis predicte debit. et solui consuet. ad usum nostrum
petendi recipiendi et exigendi. Ac procurationes huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per
censuras ecclesiasticas cogendi compellendi et coercendi. Clericos quoscumque coram quibuscumque iusticiariis
sive iudicibus secularibus domine nostre regine in causis sanguinis vel super felonia quacumque infra
dictam civitatem et dioc. Landaven. impetitos sive convictos vendicandi exigendi petendi et
recipiendi ac huiusmodi clericis omnibus et singulis sic se submittentibus convictis purgationem legitimam
indicendi et iniungendi eosque taliter purgatos iuxta immunitatem ecclesiasticam talibus clericis vel ordini
clericali hactenus indultam innocentes et immunes declarandi eisque a carceribus et vinculis quoties opus fuerit
relaxandi et liberandi. Alium insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro substituendi et
seu eis vices nostras circa premissa in omnibus locis earundem civitatis et diocesis Landaven. quoties opus
fuerit committendi ac substitutos huiusmodi ad vestrum beneplacitum revocandi. **Et generaliter** omnia et singula
alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
oportuna vobis coniunctim et divisim vices et auctoritatem nostras committimus cum cuiuslibet congrue et legitime
coercionis potestate ad nostrum beneplacitum duratur. Salvis et ex certis causis rationabilibus et legitimis nos
in hac parte moventibus specialiter et reservatis nobis et vicario nostro in spiritualibus generali examinatione admissione
et institutione quorumcumque clericorum ad quecumque beneficia ecclesiastica dictarum civitatis et diocesis Landaven.
durante vacatione sedis ibidem presentandorum presentibus literis nostris commissionalibus aut aliquo in eisdem contentis
in contrarium non obstan. quibuscumque. Assumpto vobis et cuilibet vestrum coniunctim et divisim ac substitutis vestris
huiusmodi uni vel pluribus dilecto nobis in Christo Johanne Incent notario publico registrario nostro primario seu eius
in hac parte deputat. in registrarium et actorum vestrorum scribam in hac parte durante hac nostra commissione.
Mandantes insuper quatinus nos certificetis de omni eo quod per vos seu vestrum aliquem aut substitutos vestros
vel alterius vestrum vigore et auctoritate commissionis nostre huiusmodi actum gestum vel expeditum fuerit nos aut vicarium
nostrum in spiritualibus generalem sive officialem principalem cum ad hoc congrue fueritis requisiti per literas vestras
patentes manu autentica conscriptas acta et processus vestros complectentes debite certificetis prout decet.
In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus et mandavimus. **Dat.** in manerio nostro de
Lambheth ultimo die mensis Novembris anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto et nostre
consecrationis anno decimo quinto

Bashurche in ecclesia
Cathedrali Landaven. Cano-
nicatus et prebende
Institutio

Ultimo die mensis Novembris anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto dominus admisit
Rolandum Morgan clericum ad canonicatum et prebendam de Bashurch in ecclesia cathedrali Landaven.

per mortem naturalem ultimi Incumbentis in eadem vacan Ad quos per Willm Smithe de London generos
dictorum Canonicatus et prebende vigore et auctoritate cuiusdam litere Advocationis Iurispatronatus eiusdem per
quondam Georgium nuper Landaven Epm inde fact et concess verum et indubitatum hac vice ut dicitur
patronum dno presentatus extitit Ipmque in Canonicum et prebendarium eiusdem in persona Thome Blackmore
Notarii publici procuratoris sui ltime constitut instituit et ltime investivit in eisdem cum suis Iuribus
pertinen universis Stallum preterea in Choro ac Locum et vocem in Capitulo ei Assignavit etc Iuribus
Archiepalibus Cant et Epalibus Landaven pro tempore existen etc semper salvis Ac prestit per eum in
persona procuratoris sui predicti Iuramento Canonice obedientie et de renunciand omni forance ptati etc iuxta formam Statut etc
ac de observando Statuta et ordinaciones laudabilesque consuetudines dce Ecclie cathls Cantuar et
Landaven etc Scriptum fuit Archno et Capitulo Landaven necnon Thesaurario eiusdem Ecclie
et aliis quibuscunque auctoritatem haben ad installand etc

Lansoy Landaven dioc Eccl polis Institucio

Primo die Mensis Februarii Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millmo Qmo
Septuagesimo quarto dns Admisit Morganum Johnes Clicum ad Rectoriam de Lansoy Landaven
Dioc Cant que prodiur per mortem naturalem ultimi Incumbentis in eadem, in eadem iam vacan
Ad quam per Johem Morgan Powell de Bettus in Com Monmouth generos ipius Ecclie pro hac
vigore cuiusdam Advocationis Iurispatronatus eiusdem eiusdem per honorandum virum Henricum
Comitem Penbroch dnm Harbert et Cardiff in hac parte fact et concess hac vice ut dicit
Patronum dno presentatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem Instituit etc cum suis Iuribus et pertinen
universis Curam et Regimen animarum etc ei in dno Commisit Iuribus Archiepalibus Cant et
Epalibus Landaven etc semper salvis Ac recepit per eum Iuramento Canonice obedientie etc et de renunciand
omni forance ptati etc Ac de recognoscend regiam supremam ptatem etc iuxta formam statut
etc Scriptum fuit Archno Landaven seu eius officiali etc ad inducend etc

Vacatio sedis Epalis
Norwicen
1574

Norwicen

Commissio pro exercitio Iurisdictionis Episcopatus Norwicen

Mattheus providencia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et
Metropolitanus **Dilectis** nobis in Christo Magistro Thome Yale Legum doctori vicario nro in spualibus
generali Nicho Stuarde Legum Doctori alme Curie nre Metropolitice Cant de Arcubus London
Advocatorum uni Salutem gram et Benediction **Cum** omnis et omnimoda Iurisdictio Spualis et
Ecclesiastica que ad Epm Norwicen qui pro tempore fuerit nre Cantuarien Ecclie Suffraganeum sede
plena spectabat Ipiusque Iurisdictionis exercitium ipsa Sede per mortem Naturalem bone memorie
confratris nri dni Johannis Parkhurst nuper Norwicen Epi iam vacante ad nos dce Ecclie
nre metropolitice Xpi Cantuar noie de iure prerogativa et consuetudine hactenus inconcusse
usitat et observat ltime que prescriptis pacifice et quiete pertinere dinoscuntur **Nos** de vris
sana doctrina fidelitate consciencie puritate et circumspectionis industria in hac parte plurimum
confisi Vos nore vice et auctoritate nris quatenus de iure possumus delegatos Commissarios ac Civitatis et
dioc Norwicen predict Spualitatis Custodes coniunctim et divisim Constituimus et deputamus Et
in ea parte vobis coniunctim et divisim vices nras Committimus per presentes **Ad** visitand igitur vice
et auctoritate nris tam in Capite quam in membris Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et dioc
Norwicen predict Clerumque et populum in eisdem degen sive residen deque Statu Ecclesiarum huiusmodi
necnon vita Moribus et Conversacione ac etiam qualitatibus personarum in Ecclesiis et Locis huiusmodi
degen sive ministran modis omnibus quibus id melius et efficacius poteritis inquirend et investigand
Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam Clericos quam laicos condignis penis usque ad
Beneficiorum dignitatum et officiorum suorum privacionem (Si facti atrocitas ita exposcerit) fructuumque
redditum et proventuum Ecclesiarum et locorum quibus presunt Sequestracionem vel quamcumque aliam
congruam et competentem coercionem inclusive puniend et corrigend Atque ad probatiores vivendi
mores modis omnibus quibus id melius poteritis reducend **Testamenta** etiam quorumcumque
defunctorum infra civitatem et dioc predictam decedencium quorum Insinuatio et approbatio ad Epm
Norwicen Sede plena pertinent approband et insinuand Administracionesque bonorum huiusmodi defunctorum
Executoribus in eisdem testamentis nominatis vel aliis personis idoneis durante minori etate Executorum
huiusmodi committend Administracionesque bonorum et Sequestraciones ab intestat sive per viam intestati

decedent personis quibus de iure fuerit committend expediend et concedend Computa quoque tam Executorum quam administrator et Sequestrator huiusmodi audiend recipiend ac admittend ac eosdem Executores Administratores et Sequestratores omnes et singulos legitime acquietand relaxand et finaliter dimittend Ad procedend insuper statuend et diffiniend in omnibus et singulis causis Negotijs litibus et querelis in Curia Consistorii Norwicen sive alijs Curijs Ecclesiasticis infra Dioces predictam sive ex officio mero mixto vel promoto aut ad instantiam partium instantias motis et intentatis et in Curijs predict pendentibus indecisis vel imposterum durante vacatione Sedis pred movendis et intentand Ipsasque et ea cum incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscunque sine debito terminand et finiend Contumaces autem et rebelles cuiuscunque Status sive Conditionis fuerint si quos inveneritis per Censuras Ecclesiasticas compescend Ecclesias etiam et alia loca dimissa vacare et pro vacantibus habend fore decernend et declarand pensionesque legitimas congruas et competentes eisdem reservand assignand et limitand Necnon Clericorum et Beneficiatorum quorumcunque tam pro ordinibus quam beneficijs per eos adeptis literas et munimenta quecunque exigend et recipiend easque et ea diligenter examinand et discutiend Et si quos non sufficienter munitos in ea parte compereritis ab officijs et beneficijs dimittend Et sic pro non munitis pronuntiand et declarand Sinodosque et Capitula tam generalia quam specialia cleri et populi huiusmodi pro examinatione et correctione commissorum aut reformatione quarumcunque habenda faciend et convocand Procurationesque et Sinodalia quecunque nobis ratione visitationis predict aut vacationis Sedis memorate debit et solui consuet Ad usum nostrum petend recipiend et exigend Ac Procuratores huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras ecclesiasticas cogend compellend et coercend Clericos quoscunque coram quibuscunque Justiciarijs sive Judicibus secularibus dne nre Regine in causis Sanguinis vel super felonia quacunque infra dict Civitatem et Dioc Norwicen impetitos sive convictos vendicand exigend petend et recipiend ac huiusmodi Clericis omnibus et singulis sic ut premittitur convictis purgationes legitime indicend et iniungend Eosque tales purgatos iuxta iuxta immunitatem ecclesiasticam talibus Clericis vel ordini clericali hactenus indult immunes et innocentes declarand sicque a carceribus et vinculis quoties opus fuerit relaxand et liberand Alium insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro substituend ac ei seu eis vices vestras circa premissa in omnibus locis eiusdem Civitatis et Dioc Norwicen quotiens opus fuerit committend ac Substitutos huiusmodi ad vestrum beneplacitum revocand Et generaliter omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis coniunctim et divisim vices et auctoritatem nras Committimus cum cuiuslibet congrue et legitime coertionis potestate ad nrum beneplacitum duratur Salvis tamen et specialiter reservatis nobis et vicario nro in Spualibus generali iuxta iuris exigentia et statuta huius regni Anglie examinatione admissione et institutione quorumcunque clericorum ad quecunque beneficia ecclesiastica dictarum Civitatis et dioc Norwicen durante vacatione Sedis predict presentandorum presentibus literis nris Commissionalibus aut aliquo in eisdem contentis in contrarium non obstantibus quibuscunque Assumpt vobis et vestrum utrique coniunctim et divisim ac Substitutis vris huiusmodi uni vel pluribus dilecto nob in Xpo Johanne Incent Notario publico Registrario nro primario seu eius in hac parte deputat in Registrarium et actorum vrorum scribam in hac parte Necnon Assumpto Apparitore nro generali vel eius in hac parte deputato in Apparitorem Civitatis et dioces predict durante hac nra commissione Mandantes nihilominus quatenus de omni eo quod per vos seu vestrum alterum aut Substitutos vros vel alterius vrum vigore et auctoritate Commissionis nre huiusmodi actum gestum vel expeditum fuerit nos aut vicarium nrum in Spualibus generalem sive officialem principalem cum ad hoc congrue fueritis requisit per literas vras patentes manu autentica conscriptas Actaque et processus vros completem debite Certificetis prout decet **In cuius rei** testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus et Mandavimus **Dat** in Manerio nro de Lambhith quinto die mensis Februarij Anno dni iuxta Computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto et nre Consecrationis Anno decimo Sexto

Salvis Et

Wicklewood Norwicen Dioces vicarie perpetue Eccle Xpo lib Institucio

Vndo die mensis Februarij Anno dni iuxta cursum et Computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dns admisit Christoferum Harrie clericum Ad vicariam perpetuam Ecclie perochlis de Wicklewoode Norwicen Dioc modo legitime vacantem Ad quam per Robertum Multon civem London armigerum eiusdem vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicitur) Patronum dno presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et regimen Ac ei inde Commisit Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus Norwicen ac in omnibus semper salvis Ac prestito per eum Juramento de obediendo ac de renuntiand et forando potestati ac de recognoscend regiam supremam potestatem Ac iuxta formam Statuti Parliament Ac de continua et personali residend in eadem vicaria perpetua Et Scriptum fuit venerabili viro dno Archidiacono Norfolc ad Inducend etc

Harbolstan Institucio scribitur in pro. fols

ffenynge Norwicen dioc' vicarie perpetue ecclesie parochialis
Institucio

xxvto die mensis ffebruarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto dominus admisit Johannem Lawrence artium Magistrum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de ffenynge Norwicen diocesis Cant' provincie tunc vacantem Ad quam per Thomam Godwin decanum Ecclesie Metropolitice Christi Cant' et eiusdem ecclesie Capitulum eiusdem vicarie veros et indubitatos ut dicitur Patronos domino presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc in domino ei commisit Iuribus Archiepiscopalibus Cant' et Episcopalibus Norwicen etc in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Johanne Lawrence iuramento Canonice obedientie etc ac de renunciando omni forinsece potestati etc Ac de recognoscendo regiam supremam potestatem etc iuxta formam Statuti parliamenti etc necnon de continue et personaliter residendo etc Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus vicariis Capellanis Curatis et non Curatis etc Ad inducendum etc

Hilburghe Ecclesie parochialis dioc' predicte
Institucio

Septimo die mensis Marcii Anno domini iuxta computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto dominus admisit Georgium Johnson Clericum ad Rectoriam perpetuam Ecclesie parochialis de Hilburghe Norwicen dioc' Cantuar' provincie per mortem naturalem ultimi incumbentis ibidem vacantem Ad quam per illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc ipsius Ecclesie parochialis veram et indubitatam patronam domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curam et Regimen animarum etc ei in domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et Episcopalibus Norwicen etc in omnibus semper salvis etc Ac recepto per eundem Georgium Iuramento Canonice obedientie etc ac de renunciando omni forinsece potestati etc Ac de recognoscendo regiam supremam potestatem etc iuxta formam Statuti Parliamenti etc Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus vicariis Capellanis Curatis etc ad inducendum etc

Stoke Asshe Norwicen dioc' Ecclesie parochialis
Institucio

xxxmo die mensis Aprilis Anno domini millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto dominus admisit Humfrium ffowler in artibus Bachalaurium ad Ecclesiam parochialem de Stoke Asshe Norwicen dioc' per mortem naturalem ultimi incumbentis in eadem iam vacantem Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc ipsius Ecclesie parochialis veram et indubitatam ut dicitur patronam domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc cum suis iuribus et pertinentiis universis Curam et Regimen animarum etc ei in domino commisit Iuribus Archiepiscopalibus etc et Norwicen Episcopalibus Norwicen etc in omnibus semper salvis Ac recepto per eum iuramento Canonice obedientie etc Ac de renunciando omni forinsece potestati etc Ac de recognoscendo Regiam supremam potestatem etc Scriptum fuit Archidiacono Sudburye seu eius officiali etc ad inducendum etc

Shirlingham Norw. dioc' vicarie perpetue Ecclesie parochialis
Collacio

die mensis Maii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto Reverendus pater contulit Roberto Humfrey Clerico vicariam perpetuam Ecclesie parochialis de Shirlingham dicte dioc' Norwicen per mortem naturalem ultimi vicarii ibidem iam vacantem et ad suam collacionem iure ad eum devoluto racione lapsus temporis hac vice spectantem Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc cum suis iuribus et pertinentiis universis Iuribus Archiepiscopalibus et Episcopalibus etc in omnibus semper salvis Curam et Regimen animarum ei in domino commisit Ac recepto ab eodem Roberto Iuramento Canonice obedientie etc Ac de renunciando omni forinsece potestati etc Ac de recognoscendo regiam supremam potestatem iuxta formam Statuti parliamenti etc ac de continue et personaliter residendo etc Scriptum fuit Archidiacono Norfolcie ad inducendum etc

Quinto die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo quinto coram Magistro Thoma yale legum doctore etc in edibus suis etc /

Cretingham Norwicen dioc' Ecclesie parochialis
Inductio

Quibus die et loco Comparuit personaliter Magister Johannes Jurden Notarius publicus et exhibuit procuratorium suum legitimum pro Egidio Poley Clerico et fecit se etc partem pro eodem et nomine procuratorio eiusdem Egidii Allegavit eundem Egidium Poley dudum sive alias auctoritate bone memorie domini Johannis parkhurst nuper Norwicen Episcopi legitime admissum fuisse ad vicariam perpetuam Ecclesie parochialis de Cretingham dicte Norwicen diocesis et Iurisdictionis eiusdem vacantem ad presentacionem Illustrissime domine nostre Regine Elizabethe atque in eadem vicaria perpetua legitime admissum et institutum fuisse et quod antequam dictus Episcopus morte obiit et viam universe carnis ingressus est antequam aliquod mandatum fecerit aut scripserit loci Archidiacono pro inductione ipsius Egidii Poley in possessionem dicte vicarie Unde petiit literas mandatarias Archidiacono loci illius auctoritate Reverendissimi in Christo Patris domini Matthei Archiepiscopi Cantuar' etc Ad quem dicto omnis Iurisdictio spiritualis et Ecclesiastica etc que ad Episcopum Norwicen Sede plena spectabat Ipsa Sede iam vacante pertinere dinoscitur sibi fieri decerni Ad cuius peticionem dominus decrevit Scribendum fore Archidiacono loci illius viz Archidiacono Suffolcie seu eius officiali pro inductione ipsius Egidii Poley in realem et actualem et Corporalem possessionem vicarie perpetue predicte cum suis iuribus et pertinentiis universis Cuiusquidem Mandati tenor sequitur in hec verba / **Mattheus** etc Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Norwicen Sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere dilecto nobis in Christo Archidiacono Archidiaconatus Suffolcie in Ecclesia Cathedrali Norwicen seu eius officiali Salutem gratiam et benedictionem **Cum** dilectus nobis in Christo Magister Thomas yale Legum doctor vicarius noster in spiritualibus generalis et officialis principalis rite et legitime

procedere quendam Egidium Poley clericum alias auctoritate bone memorie Venerabilis Confratris nostri dni Johis
nuper Norwicen Epi ad vicariam perpetuam Ecclie parochialis de Crotingham dce Norwicen dioc
nec non Cantuar provincie dudum vacan ad presentacionem Illustrissime dne nre Regine Elizabeth &c
&c admissum et in eadem institut Pro eo quod dictus nuper Confrater noster antequam ipm Egidium
Poley sic institutum in realem actualem et Corporalem possessionem eiusdem Ecclie induci mandasset
morte obijt et viam universe carnis ingressus fuit prout per partem dci Egidij Poley coram
eo exhibit allegatum in realem actualem et Corporalem possessionem eiusdem vicarie perpetue
de Crotingham inducend fore decreverit iustitia mediante Vobis igitur con^ctim et divisim committimus
et firmiter iniungendo mandamus Quatenus eundem Egidium Poley seu procuratorem suum legitimum
eius noie et pro eo in realem actualem et Corporalem possessionem dce vicarie perpetue
Iuriumque et pertinenciarum suorum universorum inductatis induci ve faciatis et defendatis inductum Et quid in
premissis feceritis Nos aut vicarium nrum in spualibus generalem et officialem principalem cum ad hoc
congrue fueritis requisit debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui pns nrm mandatum
fuerit executus Dat sub sigillo nro quinto die mensis Maij Anno dni Millmo Quingen^mo
Septuagesimo quinto et nre Consecr Anno decimo sexto

Coram Magistro Thoma yale legum doctore vicario in Spualibus generali &c tempore
vacacionis Sedis Epalis Norwicen Anno dni Millmo Quingen^mo Septuagesimo quarto

Johis Clemhm

Nono die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millmo Quingen^mo Septuagesimo quarto Emanavit
Commissio Richardo Conyngesbye et dorothee eius uxori sorori naturali et legitime Johannis
Clemham nuper dum vixit de Benhall Norwicen dioc ab intestat defunct &c Ad &c
Administrand bona Iura et Credita dci Johis Clemham defuncti Primitus de bene &c
in forma Iuris in persona Magri Georgij Harrison Notarij publici Procuratoris sui legitime constitut
&c Iurat Salvo Iure &c

Jnm Au
c

Johis Stegold

Decimo die mensis ffebruarij Anno dni predict 1574 Emanavit Commissio Roberto Stegold
filio Thome Stegold nuper de fflougeton Norwicen dioc ab intestat defunct &c
Ad Administrand bona Iura et Credita dci Thome defuncti primitus de bene &c in
forma Iuris &c Iurat Salvo Iure cuiuscumque &c

Inm c fu
Aprilis
ad 38ti

Computus bonorum Robti Watson

xx^t die mensis ffebruarij Anno dni predict 1574 Comparuit Willmus Say Procurator
Johannis Burrage unius Executoris testamenti Roberti Watson nuper de Wilton in Com
Norff Norwicen dioc &c et exhibuit Computum de et super administracione sua &c et petijt
admitti et allocari &c Ad cuius peticionem dns admisit &c quatenus de Iure &c quoad
Soluciones in dco Compo &c ac dummodo de dolo et fraude &c ac Salvo Iure &c

Carbrosham Norwicen dioc
Ecclesia parochialis
Institutio

Undecimo die mensis ffebruarij Anno dni 1574 predict dns admisit Johem Bartlemewe clericum
ad Eccliam parochialem de Carbrosham Norwicen Dioc iam legitime vacan Ad quam per Illustrissimam
in Xpo principem et dnam nram dnam Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibnie Reginam fidei defensor &c
ipius Ecclie parochialis veram et indubitatam ut dicitur dicte Ecclie patronam dno presentatus extitit Ipmque Rectorem
eiusdem instituit &c cum suis Iuribus et pertinenciis universis Curam et Regimen Animarum &c ei in dno Commisit Iuribus
Archiepalibus et Epalibus Norwicen &c in omnibus semper salvis Recepto per eum Iuramento Canonice obediencie &c
ac de renunciando omni forinsece ptati &c ac de Recognoscendo regiam Suprema ptatem iuxta formam Statut
Parliamenti &c Scriptum fuit Archino loci ad inducend &c

Comissiones diverse tempore Dni Matthei Parker &c

Mattheus divina providencia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilect** nobis in xpo magro Thome Yale legum doctori Curie nre metropolitice Cantuar de Arcubus london officiali aut alij eiusdem Curie nre presidenti cuicumqz Saltm graciam et Ben. Lraz sciencia vite probitas morum honestas Multaqz alia virtutum dona quibus altissimus magrum Jacobum Elys legum doctorem haud vulgariter insignivit Nos merito inducunt personam ipius singulari studio et favore benevolo prosequamur Hinc est qd Nos eundem magrum Jacobum Ellis intuitu meritorum suorum hmoi in numerum Advocatorum Curie nre Cantuar pd admittend et aggregand non gravamur **Ad** dispensand igr cu eodem magro Jacobo Ellis ut in numerum et Collegium Advocatorum dicte Curie nre Sub hac tamen Lege et condicione Qd sit non expectans in eadem Curia durante beneplito nro admittend et in numerum Advocatoz Curie predicte in forma pdicta aggregand **Tibi** vices nras tenore pntium Committimus ac specialem elargimur facultatem Statutis ordinationibz qz eiusdem Curie nre in contrarium editis non obstan quibuscumqz **In cuius** rei Testimonium Sigillum nrum pntibz Apponi fecimus **Dat** in Manerio nro de Lambithe xixo die mensis Januarij Anno dni iuxta Computacionem Eccle Anglicane Millimo Quingenmo Septuagesimo primo

Comissio ad admittend Magrum Jacobum Ellis in numerum Advocatoz

Similis Comissio Concessa fuit Magro Thome Binge legum doctori gerens dat xxmo die Aprilis Anno dni Millimo Quingenmo Septuagesimo Secundo

Binge

Emanavit Similis Comissio Magro Yale Ad admittend magrum Johem Gibson legum doctorem Sub dat Nono die Mensis Junij Anno dni 1572

Gybson

Emanavit similis Comissio magro Yale Ad admittend Magrum Richardum Stowell legum doctorem Sub dat Secundo die mensis octobris Anno dni Millimo Quingenmo Septuagesimo Secundo

Stowell

Emanavit Similis Comissio magro Yale Ad admittend magrum Bartholomeum Clerke Legum doctorem in numerum Advocatoz &c Sub dat decimo septimo die mensis Januarij Ao dni iuxta Computacionem Eccle Anglicane 1572

Clerk

Emanavit similis Comissio magro Thome Yale Ad Admittend Magrum Johem Langforde Legum doctorem in numerum Advocatorum &c Sub dat xxjo die mensis Januarij Anno dni 1572

Langforde

Emanavit Similis Comissio magro Thome Yale Ad Admittend magrum Willum Bingham Legum doctorem Sub dat decimo die ffebruarij Anno dni 1572

Bingham

Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibnie Regina fidei defensor &c **Reverendissimo** in Christo patri ac dno dno Mattheo divina miseratione Cantuar Archiepo totius Anglie Primat et Metropolitano Saltm Volentes certis de causis qd Baronibus de Sccio nro per vos certiorentur quibz die et Anno Willmus Stork Clicus Admissus institutus et inductus fuit in Rectoria de ffrekenham in Com Suff per vos et Auctte vra seu alia Auctte quavis Necnon et quos fructus et Emolumenta eiusdem Rectorie percepit Vobis Mandamus Qd diligenti indagine Scrutatis Regris ac alijs Archivis vris quibuscumqz tangen quibuscumqz quicquid inde inveneritis Prefatos Barones nros apud Westm in Quindena Sci hillarij prox futur Sub Sigillo vro Autentico distincte et aperte in pergameno fideliter script certiores reddatis vna cum pntibz Teste Edwardo Saunders milite apud Westm xxxmo die Novembris Anno regni nri quartodecimo

Godfrey

Bre regium tangen certificam de ffrekenham.

Reverendissimo in Christo Patri dno Mattheo miseratione divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primat et Metropolitano Ad certiorand pro Regina quindena Sci hillarij &c

Honorabilibz viris dnis Baronibus Curie Sccij Illustrissime in xpo Principis et dne nre dne Elizabz dei gra Anglie ffrancie et hibnie Regine ffidei defensor &c et eiusdem Curie Thesaurar Ceterisqz in eadem a Consilijs **Mattheus** permissione divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Saltm in dno Sempiternam ac fidem indubiam pntibus adhibere Vobis lraz serie Significamus et Certificand innotescimus Qd scrutat diligenter de Mandato vro Regro nro Prim sub Custodia Regrarij nri principalis existen Comperimus et invenimus matriculatum et mentionatum Qd Nono die mensis Maij Anno dni 1562 ultimo preterit quidam Willmus Stork clicus Ad Rectoriam sive Ecclesiam poch de ffrekenham Norwicen dioc ac peculiaris Jurisdictionis Ecclie Cathedralis xpi ac bte Marie Virginis Roffen in bri Regio pntibz annex nominatus Ad pntacionem dni Thome Whyte Militis civis et Aldermanni london et dne Johanne eius uxoris nuper uxoris Radi Warren militis def dicte Ecclie parochialis ut dicebatur Patronoz Vigore et Auctte Brevis regij nob in ea parte direct gerentis Dat decimo quinto die Aprilis Anno Regni dicte Illustrissime dne nre Regine Elizabz quarto per Nos admissus fuit ac in eadem institutus cu suis Juribus et ptinen universis **Que omnia** et singula ita se habere et vera esse Vobis lraz serie Duximus Significand **In**

Certificatorium super Admissione Willmi Stork Ad Ecclesiam de ffrickenham

5

cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat xixo die mensis decembr
Anno dni Millesimo Quingen{mo} Septuagesimo primo et nre Cons Anno xiijo

Comenda Epi Exon de duobus Beneficijs retinendis

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropo-
litanus auctē Parliamenti Anglie litime fulcitus Dilecto nobis in xpo ac Reverendo
Confri nro Willmo Bradbridge Exon Epo Saltm ac fraternam in dno Charitatem Exigentibz
fraternitatis tue meritis inducimur ut illa tibi libenter concedamus que tuis necessitatibus fore
conspicimus oportuna Exhibita sane nobis pro parte tua petitio continebat qd Dioces tua Exon
extenditur ad Centum milliaria aut eo amplius et tu nullam habeas Mansionem tuo Epatui spectan
sive ptinen preter palatium tuum Exon Quodqz dicti tui Epatus fructus Redditus et proventus
adeo tenues et exiles sunt ut mense tue Epali ac alijs eidem Epatui incumbentibz Oneribus non
sufficiant **Unde** Nobis Supplicari fecisti quatenus tibi de oportuno aliquo Subventionis
remedio providere de spiali gra Dignaremur Nos igr perpendentes quam necessarium fuit
tibi de Mansionibus in diversis Dioces tue partibus provideri ut hac ratione populo tuo
Cure Comisso tuum Verbum dei predicando vicia inter illos passim pullulantia reprimendo
munus Epale facilius et melius peragas Exilitatem etiā et exiguitatem dicti tui Epatus
Ponderantes ut Statum tuum decentius iuxta Pontificalis officij dignitatem tenere possis Ne
propter rei familiaris inopiam tue Epalis Dignitatis obnubiletur Authoritas **Tecum** ut
unacum Epatu pdict duo quecumqz vel qualiacumqz curat vel non curat seu alias incompatibilia
Beneficia Ecclesiastica infra Dioces tuam Exon cuiuscumqz nature Nois aut qualitatis fuerint
Dummodo unum illoz sit in Com Devon et alterum in Com Cornub recipere atqz in comenda
unacum Epatu predict quamdiu eidem pfueris retinere Illorumqz fructus redditus et pventus
debitis eorundem Beneficiorum supportatis oneribz in tuos usus et utilitatem perinde
ac si eadem in titulum obtineres Convertere et applicare **Necnon** eadem Beneficia per te
post hac in Comenda vigore huius dispensationis recipiend dimittere ac Comende super
eisdem cedere ac loco illoz sic dimissoz totidem Alia similia vel dissimilia Beneficia
recipere et insimul unacum Epatu predict quamdiu eidem pfueris ut premittitur retinere
libere et licite valeas et possis auctē predict quantum in nobis est et nra regni patria
tenore presentium de speciali gra dispensamus **Tibiqz** pariter indulgemus contrarijs ordina-
tionibz in aliquo non obstan **Proviso** qd Beneficia comendat pdict debitis pterea
non fraudentur obsequijs et aliorum cura in eisdem si quo illis imminent nullatenus
Negligatur Sed eorundem congrue Supportentur onera debit et Consuet Volumus
Autem qd he Lre tibi non proficiant nisi per Lras paten regie Matis debite
fuerint Confirmate **Dat** sub Sigillo ad facultates nono die mensis ffebr Anno dni
scdm cursum et Computationem Eccle Anglicane 1571 et nre Cons Anno xiijo

Confirmatio regia

Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor
etc Omnibus ad quos presentes Lre pervenerint Saltm **Inspeximus** quasdam Lras dispen-
sationis presentibus annexas quas et singula in eis content iuxta quendam Actum inde in pliament
dni Henrici nuper Regis Anglie octavi patris nri pcharissimi edit ratificamus et Approbamus
et Confirmamus Ac per presentes pro nobis hered et Successoribz nris ratificamus Appro-
bamus et Confirmamus Ita qd Willmus Bradbridge Exon Epus in dictis Lris noiatus omnibz
et singulis in eisdem specificat uti frui et potiri valeat et possit libere et quiete impune ac
licite secundum vim formam et effectum earundem Absqz impedimento quocumqz Eo qd expressa mentio
de Certitudine pmissoz aut de alijs donis vel Concessionibz per Nos eidem Willmo ante
hec tempora fact in presentibus minime fact existit aut aliquo Statuto Actu ordinatione Provisione
sive restrictione inde incontrarium fact edit sive provis Aut aliqua alia re causa vel Materia
quacumqz in aliquo non obstan **In cuius rei** testimonium has Lras nras fieri fecimus
patentes **Teste meipsa** apud Westm nono die ffebruarij Anno regni nri xiiijo

Mandatum ad inducend dictum Epum in possessionem dict Beneficiorum

Mattheus divina providencia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropoli-
tanus auctē Parliamenti Anglie ad infrascript litime fulcitus **Universis** et singulis Rectoribz
Vicarijs et Curatis sive Ministris quibuscumqz per provinciam nram Cantuarien ubilibet
Constitut Saltm gratiam et Ben **Cum nos** alias ex certis causis iustis rationabilibus et legitimis
nos in hac parte spialr moventibz cum venerabili Confri nro dno Willmo permissione divina
Exon Epo ut ipe unacum Epatu predict duo quecumqz vel qualiacumqz Curata vel non curata seu
alias incompatibilia Beneficia Ecclastica infra Dioces suam Exon cuiuscumqz nature Nois aut qualitatis
fuerint Dummodo unum illoz sit in Com Devon et alterum in Com Cornub recipere atqz in comendam
unacum Epatu predict quamdiu illi prefuerit retinere Illorumqz fructus reddus et proventus debitis
eorundem Beneficiorum supportatis oneribus in suos usus et utilitatem perinde ac si eadem in titulum
obtineret convertere et applicare Necnon eadem Beneficia per ipm Epm post hac in Comenda vigore
dicte dispensationis nre recipienda dimittere ac comende super eisdem cedere ac loco illoz sic
dimissoz totidem alia similia vel dissimilia Beneficia recipere et insimul unacum Epatu predict quamdiu
eidem pfuerit (ut premittitur) retinere libere et licite valeat et possit auctē predict quantum in nob est

et Jura regni patiuntur de gratia speciali dispensaverimus et eidem indulserimus prout per literas nostras patentes eidem Confratri nostro in ea parte factas et Sigillo nostro ad facultates sigillatas Nec non per literas patentes regias iuxta tenorem cuiusdam Actus Parliamenti Anglie in ea parte edit debite Confirmatas plene liquet et apparet **Cumque** preterea dictus Confrater noster vigore et auctoritate dispensacionis predicte Rectoriam et ecclesiam parochialem de Lazante in dicto Com Cornubie et in diocesi sua Exon dudum ut dicitur legitime vacantem in Commendam receperat et acceptaverat Nobisque supplicari fecerit quatenus eum in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem ecclesie Juriumque et pertinentium suorum universorum induci et investiri mandare et facere dignaremur **Nos** igitur peticioni eiusdem Confratris nostri in ea parte favorabiliter annuentes **Vobis** coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus eundem Confratrem nostrum Dominum Willelmum Exon Episcopum aut eius procuratorem vel procuratores suum legitimum eius nomine in realem actualem et corporalem possessionem ipsius ecclesie parochialis de Lazante Juriumque et pertinentium suorum universorum inducatis inducive faciatis et defendatis inductum Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem cum ad hoc congrue requisiti ex parte dicti Confratris nostri fueritis debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum Episcopale presentibus apponi fecimus **Dat** decimo sexto die mensis ffebruarii Anno domini millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Et nostre Consecr Anno xij°

Induccio Epi Exon
Ecliam parochialem
Newton fferrers in
Devon

Mattheus divina providentia Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus auctoritate parliamenti Anglie ad infrascripta legitime fulcitus **Universis** et singulis Rectoribus Vicariis et Curatis sive ministris quibuscumque per provinciam nostram Cant ubilibet constitutis salutem gratiam et Ben **Cum** nos alias ex certis causis iustis rationalibus et legitimis nos in hac parte specialiter moventibus eidem venerabili confratri nostro Domino Willelmo permissione divina Exon Episcopo ut ipse una cum Episcopatu predicto duo quecumque vel qualiacumque curata vel non curata seu alias incompatibilia beneficia ecclesiastica infra diocesem suam Exon cuiuscumque nature nominis aut qualitatis fuerint dummodo unum illorum sit in Com Devon et alterum in Com Cornubie recipere atque in Commendam una cum Episcopatu predicto quamdiu illi placuerit retinere illorumque fructus redditus et proventus (debitis eorundem beneficiorum supportatis oneribus) in suos usus et utilitatem ac si eadem in titulum obtineret convertere et applicare, Nec non eadem beneficia per ipsum Episcopum postea in Commendam vigore dicte dispensationis recipienda dimittere ac commende sue cedere ac loco illorum sic dimissorum totidem alia similia vel dissimilia beneficia recipere et insimul una cum Episcopatu predicto quamdiu eidem placuerit (ut premittitur) retinere libere et licite valeat et possit auctoritate predicta quantum in nobis est et Jura Regni patiuntur de gratia speciali dispensaverimus et eidem indulserimus prout per literas nostras patentes eidem Confratri nostro in ea parte factas ac Sigillo nostro ad facultates sigillatas nec non per literas patentes regias iuxta tenorem cuiusdam Actus parliamenti Anglie in ea parte edit debite confirmatas plene liquet et apparet **Cumque** preterea dictus Confrater noster vigore et auctoritate dispensationis predicte Rectoriam et ecclesiam parochialem de Newton fferers in dicto Com Devon et in diocesi sua Exon dudum ut dicitur legitime vacantem in Commendam receperat et acceptaverat nobisque supplicari fecerit quatenus eum in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem ecclesie Juriumque et pertinentium suorum universorum induci et investiri mandare et facere dignaremur Nos igitur peticioni eiusdem Confratris nostri in ea parte favorabiliter annuentes **Vobis** coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus eundem Confratrem nostrum Dominum Willelmum Exon Episcopum aut eius procuratorem vel procuratores suum legitimum eius nomine in realem actualem et corporalem possessionem ipsius ecclesie de Newton fferers Juriumque et pertinentium suorum universorum inducatis inducive faciatis et defendatis inductum Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem cum ad hoc congrue requisiti ex parte dicti Confratris nostri fueritis debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum Episcopale presentibus apponi fecimus **Datum** vicesimo septimo die mensis Maii Anno Domini millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio Et nostre Consecr Anno

Testamentum Johannis Rason nuper de Horlye defuncti

In the name of God Amen I John Rason in the Countie of Oxforde husbandman beinge sicke in bodye but perfect and whole in mynde doe make this my laste will and testament in maner as followeth. Ffirste I commytt my soule unto the handes of almightie god who hath made and redemed me, and my bodye to be buried in the churche yarde of Horlye. Alsoe I bequeath to the mayntaynance of the same churche xijd. and to the poore folke of the same towne threepence alsoe. Item I bequeath to my clarke Cooke a [illegible] hoggerell and to Margaret Clarege my cosen a hoggerell alsoe, if she tarye with my wief untill Michaelmas nexte, yf not but my [illegible] onlye. Item I give unto my brother Christopher Rason the best wether shepe that I have to be delivered unto him at Mychaelmas nexte. Alsoe I will that my wief shall have the lease of my howse duringe the terme thereof excepte fower of the laste yeres which I bequeath unto my twoe children as followith. That is to saye the cropp with all commodyties belonginge to the yarde land in Horlye towne and feildes to my sonne Thomas for the fower laste yeres in the cropp with all commodyties perteyninge to the yearde land in Hortou feilde and towne to my dawghter Joane for the fower last yeres onlye. But if my wief kepe her selfe widowe duringe the terme of her leasse then she shalbe half with them in all profitts and commodities for those fower laste yeres alsoe. All the rest of my goodes and cattalls unbequeathed both moveable and unmoveable I give to my wief Margaret Rason and to my sonne Thomas and to my dawghter Jone to be devided betwene them, the one half to my wief and the other half to my twoe children, which three alsoe I doe make my full and whole executors joyntlie togeather. And my will is that my wief shall have the guydinge of my children and the use of the partes of the goodes soe longe as she kepeth herselfe unmaried. And if she chaunce to marrye againe then my will and desier is that my brother Christopher Rason and Thomas Carpenter of Horlye shall have the oversight and governaunce of my children and alsoe of their partes of the goodes which I leave unto them untill suche tyme as they come to lawfull age. That is to saye the mayde at the daye of mariadge or els when she shall be of full age by lawe. And the boye when he shalbe of lawfull age alsoe. And if it soe come to passe that either of them die beinge unmaried and not of full age then the parte of the deceased shall remayne unto the longer liver and soe in like maner shall it be betwene them and my wief yf it soe please god that she dye before she be maried. Laste of all I doe make my brother Christopher Rason and Thomas Carpenter of Horley the overseers of this my laste will that it be performed in everie poynte. And so I ende. Witnesses hereof Robert Wendbolde vicar of Horlye, William Hues Richarde Kinge and Edward Tewes with other more.

Probatio suprascripti Testamenti

Probatum fuit huiusmodi testamentum coram venerabili viro Magistro Thoma Yale legum doctore reverendissimi in Christo patris ac domini domini Mathei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicario in spiritualibus generali sufficienter et legitime deputato ultimo die mensis Ffebruarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo, Juramento Henrici Green procuratoris executorum etc. Et commissa fuit administratio omnium et singulorum bonorum iurium et creditorum supradicti defuncti executoribus etc. primitus de bene et fideliter administrando bona etc. ac de solvendo debita et legata etc. Necnon compotum calculum sive raciocinium reddendo etc. primitus in forma iuris iurat etc. salvo iure cuiuscumque etc. Exhibitum est inventarium extendens ad summam [illegible] aut circiter

Certificatorium Scaccario super admissione clericorum ad beneficia ecclesiastica 1571

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarii Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. Et eiusdem Curie Thesaurario ceterisque in eadem consiliariis Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in Domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Brevis supradicti Illustrissime domine nostre Regine presentibus annexi nuper cum ea qua decuit reverentia obedientia et subiectione humiliter recepti et exequendi omni rigore pariter et authoritate scrutatis diligenter de mandato nostro Registris et Archivis nostris sub custodia Registrarii nostri primarii existentibus et fideliter custoditis. Nomina et cognomina singulorum clericorum ad pensiones et beneficia ecclesiastica tam infra Diocesim et iurisdictiones immediatas ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuariensis quam Provinciam nostram Cantuariensem a festo natalis domini Anno Regni eiusdem domine nostre Regine decimo tercio usque ad idem festum Natalis Anno Regni eiusdem domine nostre Regine decimo quarto admissorum una cum annotatione et descriptione dierum mensium et Annorum admissionum et institutionum eorundem clericorum ad beneficia huiusmodi in schedula presentibus annexa describi fecimus et mandavimus. Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie necnon tenorem Brevis Regii predicti quatenus ex Registris et Archivis nostris huiusmodi nobis constare possit innotescimus et significamus per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambeth

Cantuariensis Diocesis

Octavo die mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millmo Quingen^mo Septuagesimo Johannes Atkins clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem Sti Alphegi Civitat. Cant.

Ecclia Sci Alpheg
in Civitate Cant

Vicesimo Nono die mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millmo Quingentesimo Septuagesimo Johannes ffulden sacre theologie Baccus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Terringe Decanatus de Terringe in Com. Sussex.

Decanatus de Terring

Septimo die mensis ffebruarii Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millmo Quingen^mo Septuagesimo, Stephanus Bateman clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Messam pecul. Decanatus de Croydon Cant. Dioces.

Mesham Rectoria

Secundo die mensis ffebruarii Anno predicto Johannes Walsall Artium magist. admissus fuit ad officium unius Contionatorum in Metropolitica Ecclia Chri Cant.

Officium unius Contion
in Metropolitica Ecclia Chri

Septimo die mensis Aprilis Anno dni Millmo Quingen^mo Septuagesimo Primo Richardus Webb in artibus Baccus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Stonerd Cant. dioc.

Stonerd Rectoria

Decimo Sexto die mensis Aprilis Anno dni Millmo Quingen^mo Septuagesimo Primo Georgius Elye clericus admissus fuit ad Vicariam perpetuam ecclie parochialis de Tenterden Cant. Dioces.

Tenderten Vicaria

Decimo Septimo die mensis Maii Anno dni Millmo Quingen^mo Septuage^mo Primo Willmus ffeilde clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de ffreld peculiaris Jurisdictionis Cant.

Peculiaris Jurisdictio
de ffreld

Secundo die mensis Junii Anno dni Millmo Quingentesimo Septuagesimo Primo Mattheus Allen clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Ruckinge Cant. Dioces.

Ruckinge Rectoria

Quinto die mensis Julii Anno dni Millmo Quingen^mo Septuagesimo Primo Edmundus Stedenson legum doctor admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Westeber Cant. Dioces.

Westeber Rectoria

Decimo Sexto die mensis Julii Anno dni Millmo Quingen^mo Septuage^mo Primo Johannes Weller clericus admissus fuit ad Vicariam de Estmallinge Cant. Dioces.

Eastmallinge Vicari

Eodem die predicto Charolus Garlick clericus admissus fuit ad Vicaria de Raynham Cant. Dioces.

Raynam Vicaria

Vicesimo Quarto die mensis Julii Anno dni Millmo Quinge^mo Septuage^mo Primo Thomas Pett clericus admissus fuit ad Vicariam perpetuam Ecclie parochialis de Aysford Cant. Dioces.

Aysheford Vicaria

Vicesimo quarto die mensis Julii Anno dni Mill^mo Quingen^mo Septuagesimo Primo Thomas Asse clericus admissus fuit ad Vicariam perpetuam ecclie parochialis de Sturrye

Sturrye Vicaria

Vicesimo die mensis Julii Anno dni predicto Johannes Tille clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Hadleyghe Decanatus de Bockinge

Hadlyegh Rectoria

Vicesimo primo die mensis Augusti Anno dni Millmo Quingen^mo Septuagesimo Primo Georgius Hawkes clericus admissus fuit ad Vicariam de Stokebury

Stokebury Vicaria

Decimo Septimo die mensis Augusti Anno dni Mill^mo Quingentesimo Septuage^mo Richardus Wick clericus admissus fuit ad Vicariam perpetuam ecclie paroch. Sti Dunstani extra Civitatem Cantuariensem

Ecclia parochialis
Sti Dunstani extra Civitat. Ca

Vicesimo Secundo die mensis Augusti Anno dni Millmo Quingentesimo Septuagesimo Primo Richardus Glover clericus admissus fuit ad officium unius contionatorum in ecclia cathedrali Chri Cant.

Officium unius
Contionatorum in Ecclia cath.
Chri Cant.

Quinto die mensis Septembris Anno dni Millmo Quingentesimo Septuage^mo Primo Richardus Armestronge clericus admissus fuit ad Vicariam de Chelewirthe Cant. Dioces.

Chelowyrth Vi

Septimo die mensis Septembris Anno dni Millmo Quingentesimo Septuage^mo Primo Henricus Muryse clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Harbaldowne Cantuariensis Dioces.

Harbaldowne
Rectoria

Teringe vicaria	Decimo tertio die mensis Septembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Robertus Gybinge clericus admissus fuit ad Vicariam ppetuam ecclie pochis de Teringe Cant. Diocesis
Deltinge vicaria	Vicesimo secundo die mensis Septembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Johannes Burtharde clericus admissus fuit ad Vicariam ppetuam Ecclie pochis de Deltinge Cant. Diocesis
Newyngton vicaria	Septimo die mensis Novembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Willmus Evans clericus admissus fuit ad Vicariam perpetuam Ecclie pochis de Newyngton iuxta Hith Cant. Diot.
Eastefarlye vicaria	Octavo die mensis Novembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Johannes Holnaste clericus admissus fuit ad Vicariam de Eastefarlye Cant. Diocesis
Godmyster cum capella de Callock	Eodem die Annoque predicto Owinus Hugges clericus admissus fuit ad Vicariam ppetuam Ecclie pochis de Godmersham cum Capella de Callock Cant. Diocesis
Bristoll Diocesis	
Swanwich als Worthie Swanwich Rector	Ultimo die mensis Januarij Anno dni iuxta computationem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Thomas Wallys clericus admissus fuit ad ecclesiam pochialem de Swanwych als Worthie Swanwich Bristoll Diocesis
Winterburne Stepelton Rectoria	Vicesimo die mensis Junij Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Robertus Richardson clericus admissus fuit ad Rectoriam de Winterburne Stepleton Bristoll Diocesis
Tydlynche Rectoria	Ultimo die mensis Septembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Johannes Wethill clericus admissus fuit ad Ecclesiam pochialem de Tydlinche Bristoll Diocesis
	Vicesimo die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Thomas Genge clericus admissus fuit ad Vicariam ppetuam Ecclie pochialis de Puddleton Bristoll Diocesis
Sarum Diocesis	
Pewsay Rectoria	Nono die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Meredeth Morgan clericus admissus fuit ad Ecclesiam pochialem de Pewsay Sarum Diocesis
Wargrave Rector	Vicesimo primo die Novembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Thomas Dingesell clericus admissus fuit ad ecclesiam pochialem de Wargrave Sar. Diocesis
Eastehenrith Rector	Vicesimo Primo die mensis Decembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Walterus Herbert clericus admissus fuit ad Ecclesiam pochialem de Easthenrith Sar. Diocesis
Prebenda de Cherdstok	Vicesimo tertio die mensis Decembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Edwardus Deringe Sacre theologie Baccalaureus admissus fuit ad Prebendam de Cherdestok in Ecclia Cathedrali Sarum fundatam
Fidelton Rectoria	Eodem die Decembris predicti Robertus Jonson clericus admissus fuit ad Ecclesiam pochialem de Fidelton Sarum Diocesis
Oxon Dioc.	
Blackington Rector	Decimo die mensis Januarij Anno dni iuxta computationem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Alanus Scott admissus fuit ad ecclesiam pochialem de Blekhington Oxon Diocesis
Kencott Rectoria	Vicesimo quinto die mensis predicti Anno dni supradicto Willmus Perse clericus admissus fuit ad ecclesiam pochialem de Kencott Oxon Diocesis
Dignitas decanatus Ecclie cathedralis Christi Oxon	Ultimo die mensis Februarij Anno dni iuxta computationem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Johannes Perse Sacre theologie professor admissus fuit ad Decanatum sive Dignitatem Decanatus Ecclie Cathedralis Christi Oxon
Stanfeild Rector	Vicesimo sexto die mensis Martij Anno dni iuxta computationem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Radulphus Marten clericus admissus fuit ad ecclesiam pochialem de Standfeild Oxon Diocesis

Vltimo die mensis maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Johannes Michell clericus admissus ad ecclesiam parochialem fuit de Bleckington Oxon diocesis

Bleckington rectoria

Quinto die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Stephanus Cardinall clericus ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Northstok Oxon diocesis admissus fuit

Northstok vicaria

decimo sexto die Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Willelmus Madis clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Odington Oxon diocesis

Odington rectoria

Vicesimo octavo die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Laurentius Gyles clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Sowlderne Oxon diocesis

Sowldorne rectoria

Decimo sexto die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Robertus Hovenden Artium magister admissus fuit ad officium custodis Collegij Animarum omnium fidelium defunctorum Oxon

Officium custodis Collegij Animarum omnium fidelium defunctorum Oxon

Vltimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Robertus Wyndell clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Chastolton Oxon diocesis

Chastelton rectoria

decimo nono die mensis Januarij Anno domini iuxta cursum et computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Griffinus Aprobarte clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Comberton Wigornien diocesis

Wigorn dioc

Comberton rectoria

Decimo nono die mensis Januarij Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Nicholaus Woolle clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Ruan maior Exon diocesis

Exon dio

Ruan maior rectoria

Vicesimo tertio die mensis Januarij predicti Annoque prelibato Rogerus Evans clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Bridestowe Exon diocesis

Bridestow rectoria

Septimo die mensis Januarij Anno domini prerecitato Johannes Walton clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de ffaringdon Exon diocesis

ffaringdon rectoria

Tertio die mensis ffebruarij Anno domini iuxta cursum et computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Gregorius Stawlye clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Westworlington Exon diocesis

Westworlington r

Eodem die et Anno Paulus Methewin Artium magister admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Bremdon Exon diocesis

Bremdon rectoria

Quinto die mensis ffebruarij Anno domini predicto Christopherus Polewhele clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Northpetherwyn Exon diocesis

Northpetherwyn vicaria

Vltimo die mensis Januarij Anno domini prerecitato Johannes Skyne clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Leskard Exon diocesis

Leskarde vicaria

Quinto die mensis ffebruarij Anno predicto Robertus Stoke clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Alysbere Exon diocesis

Aylysbere vicaria

Decimo nono die mensis ffebruarij predicti Annoque prelibato Humfredus Robertes clericus admissus fuit ad vicariam de Kenwyn et Kaye Exon diocesis

Kenwyn et Kaye vicaria

Vicesimo quarto die mensis ffebruarij Anno predicto Willelmus James Artium magister admissus fuit ad vicariam de Alternon Exon diocesis

Alternon vicaria

Vicesimo sexto die mensis ffebruarij Anno domini supradicto Thomas Ryskington clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam de Harberton cum capella de Halwell Exon diocesis

Harberton vicaria cum capella de Halwell

Exon

Secundo die mensis Marcij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Ricardus Burne Burie clericus admissus fuit ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Bridgerule Exon diocesis.

Quinto die mensis Marcij Anno domini predicto Edwardus Crook clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Thelbridge Exon diocesis.

Octavo die die mensis predicti Annoque prerecitato Ricardus Moore clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Mamhed Exon diocesis.

Eodem die Richardus Arthar clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Paddestowe Exon diocesis.

Lincoln dioc.

Tertio die mensis ffebruarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo, Robertus Garrett clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Wagenderby Lincolniensis diocesis.

Eodem die et Anno predicto Richardus Tayler clericus admissus fuit ad Prebendam de Corringham in ecclesia cathedrali Lincolniensi fundatam.

Octavo die mensis ffebruarij Anno domini predicto Leonardus Turk clericus admissus fuit ad Vicariam de Kensworth Lincolniensis diocesis.

Tertio die mensis ffebruarij Anno domini supradicto Johannes Greys clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Sutterby Lincolniensis diocesis.

Septimo die mensis predicti Anno domini prerecitato Ricardus Edmundes in legibus Baccalaureus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Wabenden Lincolniensis diocesis.

Decimo sexto die mensis ffebruarij Anno domini prelibato Henricus Wagstaffe clericus sacre theologie professor admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Hartfordingbury alias Hartingfordbury Lincolniensis diocesis.

Vicesimo die mensis ffebruarij Anno domini predicto Thomas Sterropp clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Hameringham Lincolniensis diocesis.

Vicesimo Secundo die mensis ffebruarij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Hugo Bowman clericus admissus fuit ad ecclesiam et Vicariam perpetuam de Yardeley Lincolniensis diocesis.

Decimo Sexto die mensis ffebruarij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Elizeus Rothwell admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Lerton Lincolniensis diocesis.

Vicesimo tertio die mensis ffebruarij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Thomas Bestoke clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Basingham Lincolniensis diocesis.

Primo die mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo, Johannes Leige clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Holcott Lincolniensis diocesis.

London diocesis

Secundo die mensis Septembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Thomas Blage clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem Sancti Vedasti Civitatis London.

Cicestrem diocesis

Undecimo die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Johannes Penven clericus in artibus magister admissus fuit ad Canonicatum et Prebendam de Highleigh in ecclesia cathedrali Cicestren.

Breve domine Regine

Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri domino Matheo permissione divina Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano salutem. Volentes certis de causis quod Barones de Scaccario nostro per vos certiorentur tam quibus die et Anno quidam Willelmus Marshe clericus nuper Vicarius Vicarie de Hornechurch in comitatu nostro Cant. vestre Cant. diocesis ab hac luce migravit, quam quibus die et anno eadem Vicaria per ante presentationem predicti Willelmi ad eandem Vicariam primam vacare contingebat, vobis mandamus quod diligenti inquisitione scrutatis Registris ac alijs Archivis vestris premissa tangentibus quibuscumque quicquid inde inveneritis prefatos Barones nostros apud Westm. in quindena Pasche proxime futur. sub sigillo vestro autentico distincte lucide et aperte in pergameno fideliter script. certiores reddatis remittentes nobis tunc certificatorio vestro hoc breve nostrum. Teste Walthero Myldmay milit. Cancellario Scaccarij nostri quinto die Marcij Anno Regni nostri Decimo Quarto.

Certificator pro vicario de Hernhill

Honorabilibus viris dominis Baronibus et Thesaurario Curie Scaccarij Illustrissime in Christo Principis et Domine nostre Domine Elizabeth dei gracia Anglie Ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris &c. Ceterisque in eadem a consilijs **Matheus** permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi **Vobis** harum serie significamus et certificamus in hoc scripto quod scrutatis diligenter de mandato nostro Registro et Archivis nostris sub custodia Registrarij nostri principalis existentibus et fideliter custoditis comperimus et invenimus quod inter cetera in eisdem matriculatum Quod Septimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo ultimo preterito quidam Johannes Stybbynge clericus nuper vicarius perpetuus vicarie perpetue Ecclesie parochialis de Hernehill nostre Cantuariensis Diocesis eandem vicariam perpetuam cum suis Juribus et pertinentijs universis in manus nostras pure sponte et simpliciter et absolute resignavit eandemque re et verbo vacuam dimisit. Cuius quidem resignacionis obtentu eadem vicaria perpetua ecclesie parochialis de Hernehill predicta per resignacionem prefati Johannis Stybbynge predicti ante adventum Willelmi Marshe clerici in breve regio presentibus annexo nominati eodem Septimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo predicto vacare contingebat. Quodque prefatus Willelmus Marshe ad eandem vicariam perpetuam Ecclesie parochialis de Hernehill predictam per resignacionem ipsius Johannis Stybbynge (ut prefertur) vacantem vicesimo quarto die dicti mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo predicto per nos et auctoritate nostra admissus ac in eadem vicaria perpetua canonice institutus fuit cum suis Juribus et pertinentijs universis. Quiquidem Willelmus Marshe sic admissus et institutus Nono die mensis Februarij Anno domini iuxta computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo iam currente apud Hernehill predictam ab hac luce migravit et diem suum clausit extremum et decimo die eiusdem mensis Februarij infra cemeterium ecclesie parochialis de Hernehill predicte (funeralibus exequijs prout moris est solemniter prestitis) in sepulchro involutus et decenter inhumatus fuit prout ex fidedigno testimonio nobis in ea parte facto et penes Registrum nostrum remanente manifeste liquet et apparet. **Que** omnia et singula premissa ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem Brevis Regij predicti (quatenus ex Registro et Archivis nostris predictis constare potest) duximus significanda. **In** cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. **Dat.** in Manerio nostro de Lambeth Septimo die mensis Martij Anno domini iuxta computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Et nostre consecracionis Anno Decimo Tertio.

Breve regium de certificando super allocacionem quorundam Stipendiorum

Elizabeth dei gracia Anglie Ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor etc. **Reverendissimo** in Christo patri Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano Salutem. Cum in Annis compotis Receptoris nostri generalis revencionum Corone nostre in Comitatu nostro Kancie sive Diocesi vobis de eisdem revencionibus annuatim ad Scaccarium nostrum reddit. et ibidem remanentibus inter alia sit compertum quod quedam Stipendia exinde solut. et allocat. fuerunt annuatim per diversos annos elapsos de predictis revencionibus nostris quibuscumque Curatis Vicarijs et Assistentibus Curatorum pro inducendo et diligentijs suis in Ecclesijs et locis in quadam schedula presentibus annexa specificatis et mencionatis prout per schedulam illam plenius apparet. Ac volentes Thesaurarius Cancellarius et Barones de Scaccario nostro predicto apud Westmonasterium per vos certiorentur. Utrum predicta Stipendia fuerunt de tempore in tempus et sint fideliter soluta personis in schedula predicta mencionatis, Ac utrum Cure pro quarum manutencione predicta Stipendia in fforma predicta allocata fuerunt a primo die Regni nostri hucusque bene et fideliter, continue, diligenter sincere et decore manutente fuerunt et continuate. Ac utrum predicte persone sint habiles idonee et sufficientes ad huiusmodi functiones in forma predicta exercendum, custodiendum, deserviendum et continuandum, Atque utrum predictum stipendium et allocaciones locentur custodiantur et appunctuentur et in locis pure idoneis et oportunis, vel potius et necessario alibi pro maiori incremento cognicionis dei et bonarum literarum locari, appunctuari et custodiri possint aut debeant. Et utrum sit aliqua alia huiusmodi Stipendia ac soluciones et Salaria soluta et allocata aliquibus alijs consimilibus personis infra predictam Diocesim vestram de quibus reformacio vel consideracio sit habenda necne. Ac ad quem vel quos de Jure spectat et pertinet Vicarias Curatas et assistencias Curatorum in locis predictis (cum vacaverint) locare assignare et ordinare **Vobis** potestatem damus et etiam mandamus quod de omnibus et singulis personis cum eorum circumstantijs omnibus vijs et modis quibus de iure melius sciveritis aut poteritis diligenter inquiratis Ita quod Inquisicio inde et quicquid aliud quod inde inveneritis scienter aut certificacione dictum consultam prefatis Thesaurario Cancellario et Baronibus de dicto Scaccario nostro apud Westmonasterium a die Pasche in xv dies sub Sigillo vestro autentico distincte et aperte in pergameno fidelis scripture multitate duarum partibus Mandamus omnibus et singulis Subditis nostris quibuscumque tenore presentium quod vobis et vestris vestrum in executione premissorum pareant obediant et intendant prout decet. [illegible] In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste Edwardo Saunders Milite apud Westmonasterium Undecimo die ffebruarii Anno Regni nostri Decimo quarto. per Rotulum Memorandorum de eodem Anno Hillarii Recorda [illegible] et literas patentes &c. Et per Barones ffanshawe.

Comitat Cant.

Langdon nuper Monasterium

Stipendium Ricardi ffountayne vicarii de Ledden per Annum — lxxj s viij d

Ledes nuper Monasterium

Stipendium Galfridi Wilson vicarii de Stokbury per annum — l s

Sancti Augustini Monasterium

Stipendium Henrici Hebison vicarii parochie Sancti Pauli prope muros Civitatis Cant per Annum — viij s iiij d

Stipendium Gervasii Linche vicarii de Preston iuxta Wyngham per Annum — lx s

Stipendium Thome Redborne vicarii Ecclesie parochialis de Litteborne per Annum — lxxvj s iiij d

Stipendium David Robinson vicarii Ecclesie parochialis Sancti Martini infra Civitatem Cant per Annum — liij s iiij d

Broxley nuper Monasterium

Stipendium Phillippi Hill vicarii de Broxley per Annum — viij li

Terra Cant.

Stipendium Anthonii Rogers Curati Ecclesie de Godneston per Annum — xvij li vj s viij d

Preston vicaria

Inquisitio habita et facta per me Thomam Lawse Artium magistrum Commissarium generalem Civitatis et diocesis Cantuariensis legitime fulcitum vigore et authoritate literarum patentium Regie Maiestatis Reverendissimo patri Domino Matheo Archiepiscopo Cant totius Anglie primati et Metropolitano quoad infrascripta directarum Decimo Quinto die Mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo in loco consistoriali Ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cant.

Dictis die et loco comparuerunt personaliter Dominus fferdinandus Linche vicarius vicarie perpetue Ecclesie parochialis de Preston iuxta Wyngham Johannes Pantry et Edwardus Paramore Yconomi eiusdem ecclesie, qui quidem solemniter iurati per dominum Judicem predictum dicunt et affirmant prout sequitur. That the sayde vicaredge to be in the gyfte of Christchurche in Canterburye. Alsoe that the sayde vicar hathe receaved the yeerlye pention of three pounds these seaven yeres nowe paste and that his predicessors before him and the sayd vicar to hime receaved the sayde pention from the beginninge of the raigne of our Soveraigne Ladye the Queenes Maiestie nowe beinge and before her tyme hetherto contynuallye. Alsoe they doe certifie the sayde vicaredge to be in that exilitie and so smalle that the cure there cannot be served withoute the sayd pention, and that the cure aforesayde is well and faythfullye served as it hath ben since the beginninge of the raigne aforesayde wherefore they saye that the sayd vicaredge and vicar are worthie to contynewe and enioye the sayde pention. ffynallye the sayde vicar did certyfie the sayd pention to be graunted and geven by the letters patents of our late Soveraigne Lorde Kinge Henrye the Eighte, and that he can shewe them but presentlye he hathe them not.

toria Sancti Martini
a Civitatem Cant.

Eisdem die et loco comparuerunt personaliter Dominus David Robson Rector Ecclesie parochialis Sancti Martini iuxta Civitatem Cant et ffranciscus ffinnex et Bartholomeus Clerk Yconomi ibidem qui similiter iurati dicunt et affirmant. The sayd personadge to be in the gyfte of the Lorde Archebusshoppe of Canterburye and that the sayd parson hath dulye receaved the pention of fiftie

Three shillinges ffower pence, that the sayd Parson hathe deulye reteyned it, by the space of twelue yeres nowe passed, and that his predecessors hath alsoe reteyned it before and since the beginninge of the raigne of our Soveraigne Ladye the Quenes Maiestie nowe beinge, And the sayd Parson did then and there shewe the Lres patentes of owr late Soveraigne Lord Kinge Henrie the Eight whereby the sayde Pension is geven and graunted for ever. Et quoad reliqua dicunt et affirmant prout ex parte vicarii de Preston predicta depositum et significatum est per eos. **Eisdem** die et loco compt dns Johannes Taylor vicarius de Littleborne, David Penne et Robtus Cooper ffom ibm, qui sibi iurat. dicunt eandem vicariam fuisse et esse ex donatione et patronatu ecclie cathedralis Xpi Cant. Et quoad reliqua contenta dicunt et affirmant prout ex parte rectoris Sci Martini predicti respective et per eos depositum est. **Necnon** dictis die et loco comparuit dns Henricus Henstede vicarius Sci Pauli iuxta Civitatem Cant. Patricius Smythe et Lionell Chilton ffom ibm simul iurati dicunt, affirmant et certificant per eos prout ex parte vicarii de Littleborne depositum est. **Dictisque** die et loco comparuit Johannes Stokes et Johannes Parker ffom de Lyddon, qui iurati certificant vicarium de Lyddon in quindena cure eiusdem ecclie deservire et dicunt hmoi vicariam esse ex collatione et donatione Reuerendissimi dni Archiepi Cant. And that the sayde vicaredge is but a small lyvinge and unable without the pension of lxxis viiid to fynde the Cure well served. Et dicunt quod credunt hmoi pensionem bene esse solutam ab initio regni dne nre Regine nunc, et alias nesciunt deponere. **Preterea** dictis die et loco compt Sampson Hadderfeld et Thomas Rawson ffom de Stokebury, Qui iurati certificant Mrm Wilson nup vicarium ibm esse mortuum, et Georgium Hawkes clericum secundum unum ibm vicarium fuisse et dicunt quod cure eiusdem ecclie deservit Et dicunt eundem vicariam ex donatione Decani Roffen esse ut putant. Et alias quoad reliqua contenta nesciunt Savinge they saye the sayd vicaredge to neede the sayed pension and cannot well be served without the same. **Insuper** eisdem die et loco compt Petrus Clobier et Johannes Appleton ffom ecclie de Goodnestone Qui iurati dicunt et certificant prout ex parte vicarii de Preston predict. certificatum est. ss. ss.

Deinde decimo nono die Mensis Aprilis Anno dni Millmo Quingentesimo Septuagesimo tertio loco predicto coram nobis comparuit dns Phillippus Ellis vicarius de Boughton Robertus Parker et Thomas Brodnye ffom ibm Qui iurati dicunt That the sayd vicar hath reteyned the sayd pension of eight pounds this five yere and a half nowe past And likewise his predecessors continuallye reteyned the same soe farr as they have hard Et dicunt hmoi vicariam ex donatione ecclie cathedralis Roffen fuisse et esse, et quoad reliqua contenta dicunt affirmant et ostendunt prout ex parte Rectoris diui Martini predict. depositum est per eos

Extractum ex domo Registri
Curie Cons Cantuarien

Deinde vicesimo sexto die Mensis Aprilis Anno dni predict. atque in loco prememorato comparuit dns Richardus Phountayne vicarius de Lyddon et iurat. certificant pensionem Septuaginta unius solidorum et octo denariorum bene et fideliter sibi solut. esse. et quoad reliqua contenta certificant et significant prout per yconomos ecclie parochie de Lyddon predict. depositum est. **Etiam** eisdem die et loco compt vicarius ecclie parochie de Stokeburye viz dns Georgius Hawkes clericus qui iurat. dicit, That he hath and doth well serve the Cure, and that he hathe reteyned the pension of fiftie shillings. And he sayth that the sayde vicaredge is soe small in valewe, that it cannot be well served without the sayde pension. And he thinketh the sayde pension to be well bestowed.

Honorabilibus viris dnis Thesaurario Cancellario et Baronibus Scaccarii Illustrissime in Xpo Principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie ffrauncie et Hibnie Regine fidei defens. etc. **Mattheus** divina prouidentia Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus Salutem in dno sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Lras patentes prefate Illustrissime dne nre Regine presentibus annexas Nouerit(is) nos tenorem ea qua decuit reverentia et obedientia humili recepisse exequendas. Quarum quidem lrarum patentium vigore pariter et authoritate Nos Mattheus Archiepus antedictus Inquisitionem diligentem per Magistrum Thomam Lawse Artium Magistrum Civitatis et dioc. nre Cant. Commissarium generalem in et per eandem dioc. nram Cantuarien fieri mandavimus et fecimus. Qui quidem Magr Thomas Lawse commissarius antedictus in hmoi Inquisitionis negotio iuxta tenorem lrarum Regiarum patentium precitat. cum omni qua potuit diligentia procedens comperit et invenit nobisque certificavit in omnibus et per omnia prout in schedula presentibus lris nris certificatoriis annexa continetur. In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus est appensum. **Dat.** in Manerio nro de Lambeth tertio die Mensis Maii Anno dni Millmo Quingentesimo Septuagesimo tertio Et nre consecr. Anno decimo tertio.

Certificatorium su
inquisitione fact
de istis Stipend

Commissio reverendi patris Dni Thome Coven et Lichen Epi ad admittendum Clericos ad ordines

Matheus permissione divina Cant Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus venerabili confratri nro Dno Thome eadem permissione divina Coven et Lichen Epo Salutem et fraternam in Dno charitatem. Ad dilectos nobis in Christo Henricum West et Johannem Walton Artium magistros ad omnes sacros ordines in quacunque Ecclia Capella sive Oratorio decenti per provinciam nram Cant. ubilibet constitut. admittere et promovere. Ceteraque omnia et singula alia facere exercere et expedire que in premissis aut circa eadem necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna libere et licite possitis et valeatis licentiam et facultatem nras fraternitati vre utriusque concedimus et impertimur per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm presentibus apponi fecimus. **Dat.** decimo sexto die mensis Maij Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio

Emanavit similis Commissio Epo Cicestren ad admittend. David Vale Artium baccalaur. Studen. in Cantabrigia ad Sacrum ordinem diaconatus &c. Quinto die Mensis Junij Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio /

Licentia demoliendi ruinosam structuram ecclie de Stone Coven et Lichen dioc

Universis et singulis Christifidelibus ad quos presentes litere pervenerint aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet infuturum **Matheus** divina providentia Cant. Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus Salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere. Literas requisitorias venerabilis confratris nri Dni Thome permissione divina Coven et Lichen Epi Sigillo suo Episcopali sigillatas nobisque inscriptas et directas Noveritis nos nuper recepisse tenorem subscriptum in se continen. **Reverendissimo** in Christo patri ac Dno Dno Mattheo divina providentia Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et Metropolitano **Nos** vero requisitionem dicti confratris nri veram justam rationabilem et legitimam fuisse et esse atque ex veris justis et legitimis causis processisse censentes tam ex causis in dictis literis requisitorijs mentionatis quam alijs justis et legitimis considerationibus Nos in hac parte specialiter moventibus predict. parochianis et inhabitantibus parochie de Stone supradictis mentionat. magnam et ruinosam illam veterem Ecclie vulgo nuncupat. The Abbye Churche of Stone molem et structuram demoliend. et tunc eadem novam insulam in Capella predicta eidem contigua et vicina construend. et edificand. atque eandem Capellam et novam insulam in eadem sic constructam et edificatam in usum ecclie parochie de Stone predicta pro parochianis ibidem vice et loco veteris magne ruinose et publice illius ecclie nuncupat. The Abbye Churche transferend. deputand. et assignand. ac in usum Ecclie parochialis erigend. et reficiend. Sedilibusque et Structuris necessarijs aptand. Atque ad eandem pro Divinis audiend. et Sacramentis percipiend. accedend. et frequentand. Licentiam et facultatem nras quantum in nobis est et de jure possumus et non aliter auctoritate nra Metropolitica tenore presentium benigne concedimus et elargimur. Ac consensum et assensum nros in ea parte gratiose adhibemus. Eandemque Capellam et Novam insulam in eadem edificand. postquam sic (ut prefertur) in Ecclesiam parochialem translat. et deputata fuit pro ipsis parochianis Ecclia parochialis instar more et formam aliarum Ecclesiarum huius Regni de cetero habend. censend. et nuncupand. fore decernimus. Eisdem quoque privilegijs juribus et Immunitatibus quibus vetus illa ruinosa Ecclia nuncupat. The Abbey Churche of Stone insignita fuit preteritis futuris temporibus quantum in nobis est et de jure possumus et nostra auctoritate predicta communimus per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm presentibus apponi fecimus **Dat.** in Manerio nro de Lambeth decimo die mensis Junij Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio Et nre consecr. Anno Decimo Tertio

Requisitio Epi Lichen de dicta ecclia de Stone

Reverendissimo in Christo patri ac Dno Dno Mattheo divina providentia Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et Metropolitano. Thomas permissione divina Coven et Lichen Epus omnimodam obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo patri debit. et condignas cum honore. Vre Reverendissime paternitati tenore presentium significamus quod porrecta nobis nuper pro parte inhabitantium et parochianorum de Stone in Com. Stafford nre Coven et Lichen diocesis petitio continebat. Quod Ecclia parochialis de Stone predict. vulgo nuncupat. The Abbye Churche of Stone adeo ruinosa et dilapidata existit ut nulla divina officia in eadem ecclia celebrari aut haberi possint Nec propter amplitudinem structure sue ac vastam et ruinam eiusdem sine magnis et intollerabilibus sumptibus et expensis ultra posse parochianorum ibidem ferendis refici aut reparari possit. Cumque (ut in eadem petitio continebat) Capella quedam eidem Ecclie parochiali contigua et vicina existit, que multo magis veteri illa magna et ruinosa Ecclia parochiali est necessaria et pro divinis officijs in eadem celebrand. commodiora sit. Cuius quidem Capelle nullus usus necessarius in presentiarum existit Iidem parochiani et inhabitantes nobis supplicare fecerunt quatenus (premissis veris existentibus) dictam magnam ecclesiam vulgo nuncupatam The Abbye Churche demoliend. ac tunc eadem novam insulam in dicta Capella construendam et edificand. Ac eandem capellam et novam Insulam in eadem sic constructam et edificatam in Ecclesiam parochialem de Stone predict.

Commutand et disponend ac in vsum parochianorum ibidem pro ecclesia parochiali convertend licentiam et facultatem nras concedere et impartiri dignaremur. Nos igitur quibus de premissorum veritate non solum ex fide digna relatione parochianorum predict verum etiam rei ipsius indubitata certitudine et sui notorietati (facta primitus de mandato nro diligenti inquisitione in ea parte, visis quoque per nos et diligenter perspectis Ecclesia et Capella pred) luce clarius constat ad eorundem parochianorum humilem petitionem licentiam et concessionem nras ordinarios pro huiusmodi Ecclesia magna spatiosa et ruinosa vulgo nuncupat. The Abbey Church of Stone demoliend quam dicam novam Insulam in Capella predicta cum eadem construend et edificand atque in Ecclesiam parochialem de Stone predict commutand ac in vsum parochianorum eiusdem pro ecclesia parochiali convertend licentiam et facultatem nras ordinarias quantum in nobis est et de iure possumus concessimus et elargiti sumus. Quocirca vram Rmam paternitatem humiliter supplicamus quatenus licentiam et concessionem nras in ea parte etiam concedere et impartiri gratiose dignemini Sicque Deus Optimus Maximus vram Reverendissimam paternitatem diu conservet in prosperis. In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat. Septimo die mensis Junii Anno Dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo.

Lre dimissorie Radulphi Bennett

Mattheus permissione divina Cant. Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Radulpho Bennett Diacono nre Cant. Dioc. Salutem Gratiam et Ben. Ut a quocunque Epo Catholico officii sui execucionem obtinente ad sacrum presbiteratus ordinem iuxta morem et ritum Ecclesie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit. et ordinat. licite valeas promoveri. Dummodo morum honestatem habueris et in artibus liberalibus educatus non fueris ac etiam literarum sacrarum scientia idoneus inveniaris (super quibus ordinantis conscientiam districte oneramus) aliudque canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum licentiam et facultatem nras tam cuicunque Catholico Epo huiusmodi ordinem conferend quam tibi eundem recipiend benigne concedimus et impertimur per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat. Decimo Tertio die mensis Junii Anno Dni Millimo Quingentmo Septuagesimo Secundo et nre Consecrationis Anno decimo Tertio.

Lre dimissorie Johannis Worsington

Mattheus permissione divina Cant. Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Johanni Worsington clerico Cantuarien Dioc. Salutem Gratiam et Ben. Ut a quocunque Epo Catholico officii sui execucionem obtinente ad omnes sacros Diaconatus et Presbiteratus Ordines iuxta morem et ritum Ecclesie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit. et ordinat. licite valeas promoveri Dummodo morum honestatem habueris et in artibus illiberalibus educatus non fueris ac etiam literarum sacrarum scientia idoneus inveniaris (super quibus ordinantis conscientiam districte oneramus) aliudque canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum licentiam et facultatem nras tam cuicunque catholico Epo huiusmodi ordines conferend quam tibi eosdem recipiend benigne concedimus et impertimur per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat. Decimo Octavo die mensis Junii Anno Dni Millmo Quingentmo Septuagesimo Secundo et nre Consecrationis Anno decimo Tertio

Emanavit similis licentia Johanni Crayne clerico etatis (ut asserit) viginti quatuor Annorum Curato in villa de Blandford forum Bristollien Dioc. Sub dat. vicesimo Septimo die mensis Octobris Anno Dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo.

Emanavit similis commissio   Bridgwater Hereford Dioc. ad specialem rogatum venerabilis viri dni   Langford legum doctoris etc. noie Epi Worcestren eandem impetrant. Cuius dat. decimo Novembris Anno Dni Millimo Quingentmo Septuagesimo Secundo.

Presentatio ad ecclesiam Sancti Edmundi in Lumbardstrete

Mattheus providentia divina Cant. Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Venerabili confratri nro Dno Edwino eadem providentia London Epo vel eius vicario in spiritualibus generali aut alii cuicunque hanc nram presentationem admittendi potestatem habenti Salutem et fraternam in Dno charitatem. Ad ecclesiam parochialem Sancti Edmundi in Lumbardstrete Civitatis London ac vre London Dioc. iam legitime vacan. et ad nram presentationem pleno iure spectan. Dilectum nobis in Christo Thomam Hatacre clericum vre confraternitati harum serie presentamus Rogantes quatenus eundem Thomam Hatacre ad eandem ecclesiam admittere ipsumque Rectorem eiusdem instituere et legitime investire in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis. Ceteraque peragere et implere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali velitis cum favore. In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat. in manerio nro de Lambeth Decimo Sexto die mensis ffebruarii Anno Dni secundum computationem Ecclesie Anglicane Millimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo et nre Consecrationis Anno decimo Tertio

Lre dimissorie Roberti Graston

Mattheus permissione divina Cant. Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate parliamenti Anglie legitime fulcitus. Dilecto nobis in Christo Roberto Graston Artium mro Dioc. London Salutem Gratiam et Ben. Porrectis nobis pro parte tua supplicibus humiliter (cum sis uti asseris) in dioc. London oriundus exposuisti et sacris Diaconatus et Presbiteratus ordinibus insigniri desideras ut quovis die festo seu feriali absque aliquibus literis dimissoriis tui Epi Diocesani ad sacros Diaconatus et Presbiteratus ordines a quocunque volueris catholico Antistite non suffraganeo executionem sui officii habente a quo tamen rite promoveri et in eis postmodum ministrare libere et licite valeas et possis dummodo de etate natalibus moribus et scientia habilis repertus fueris et idoneus et in Latino sermone mediocriter eruditus nec in aliquo ex servilibus artibus educatus fueris, super quibus ordinari districte oneramus consciencia ac insuper requisita alia adimplendi auctoritate predicta dispensamus prefatoque Antistiti eosdem ordines sibi ita conferendi licentiam concedimus et facultatem contrariis canonum institutis non obstantibus quibuscumque. Dat. sub Sigillo ad facultates Decimo nono die mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo Et nostre consecrationis Anno Tertio decimo

Willelmo Larke ad facultates Registrario

Lr̃e ord. Roberti Grafton

Tenore presentium Nos Nicholaus permissione divina Bangorensis Episcopus Notum facimus universis quod die data vicesimo secundo die mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo In ecclesia parochiali de Lambeth Wintoniensis diocesis Cant. jurisdictionis immediate Nos Nicholaus Episcopus antedictus auctoritate et licentia Reverendissimi in Christo Principis et domini domini Matthei permissione divina Cant. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani nobis in hac parte facta dilectum nobis in Christo Robertum Grafton Artium magistrum de vita sua laudabili ac moribus et virtutum suarum donis nobis in hac parte multipliciter commendatum atque in sacrarum literarum doctrina et scientia sufficienter eruditum et per nos approbatum Ad sacrum Diaconatus ordinem primo et deinde eodem die ad sacrum Presbiteratus ordinem iuxta morem et ritum Ecclesie Anglicane in hac parte salubriter editum et ordinatum vigore cuiusdam dispensationis antea eidem Roberto Grafton in hac parte facte admisimus et promovimus. Ac ipsum Robertum Grafton primo in Diaconum et consequenter in Presbiterum rite et legitime ordinavimus tunc et ibidem In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat. die mensis et anno predictis

Laudum sive Arbitrium inter Episcopum et Archidiaconum Lincolnien super exercitio Jurisdictionis Ecclesiastice

Universis et singulis Christifidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presentes litere testimoniales pervenerint seu quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt in futurum Mattheus divina providentia Cant. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus et Robertus permissione divina Wintonien Episcopus Salutem in domino Sempiternam Cum dudum inter venerabilem confratrem nostrum dominum Thomam permissione divina Lincolnien Episcopum et Magistrum Johannem Aylmer sacre theologie professorem Archidiaconum Lincolnien ex parte altera de et super exercitio Jurisdictionis spiritualis et ecclesiastice infra Archidiaconatum Lincolnien mota fuisset non modica questionis materia. Quam partes predicte (spiritu unitatis et concordie ducte) placare et sedare volentes, ac odiosos anfractus litium, ingentium impensarum effusiones ac laborum inutilium onerosa tedia effugere cupientes sese causasque suas arbitrio, ordinationi, judicio et decreto nostris in hac parte sponte libero et deliberato consensu submiserunt, solenniter promittentes sese gratum et firmum durante vita utriusque partium predictarum habituros totum et quicquid per nos ordinatum et decretum vel laudatum fuerit in premissis seu eorum aliquo. Unde nos ex officii nostri debito omnem quietatem et tranquillitatem fovere et augmentare cupientes Ac litium anfractus quead fieri poterit amputari volentes de et cum expresso consensu assensu et voluntate partium predictarum ac in vim submissionis huiusmodi taliter facte ordinamus determinamus et laudamus inter partes predictas in forma que sequitur modo. Inprimis laudamus ordinamus et determinamus quod vicarius in spiritualibus generalis sive Cancellarius domini Episcopi Lincoln et officialis memorati Archidiaconi Lincoln pro tempore existentes de tempore in tempus durante toto tempore incumbentie dicti Episcopi et Archidiaconi in Episcopatu et Archidiaconatu predictis in aliquo loco convenienti infra ecclesiam cathedralem beate Marie Lincoln vel civitatem Lincoln semel in qualibet ebdomada (feriatis et de jure privilegiatis temporibus tantummodo exceptis) semel et coniunctim simul et eodem die et loco Curias suas tenebunt ac jura dicent, causasque tam instantiatas quam ex officio audient tractabunt et terminabunt. Testamentaque etiam quorumcumque infra dictum Archidiaconatum Lincoln decedentium approbationes et insinuationes recipient et admittent simul et coniunctim Necnon administrationes bonorum quorumcumque infra dictum Archidiaconatum ab intestato vel per viam intestati morientium iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam committent, omnesque et singulas causas correctionum spiritualium et ecclesiasticarum infra dictum Archidiaconatum Lincoln (Collationibus beneficiorum ecclesiasticorum necnon admissionibus et institutionibus quorumcumque Clericorum ad quecumque beneficia ecclesiastica dicti Archidiaconatus Lincoln futurorum et impositionum [illegible] et eorum deprivationibus tantummodo exceptis quas Episcopo Lincoln et eius Vicario in spiritualibus generali pro tempore existenti solummodo reservamus) sub modo et forma prenotatis et specificatis exercebunt. Salva etiam et semper reservata dicto Episcopo Lincoln potestate et auctoritate de tempore in tempus vocandi, ordinandi et constituendi suum Sequestratorem [illegible] in dicto Archidiaconatu Lincoln qui solummodo intromittet se de fructibus beneficiorum vacantium et de bonis intestatorum sive ab intestato vel per viam intestati decedentium Sit tamen quod Officialis et alii ministri dicti Archidiaconi intersint (si voluerint) quibuscumque Sequestrationibus per dictum Sequestratorem pro tempore existentem faciendis et interponendis. Item volumus ordinamus et determinamus in vim submissionis et consensus predict. quod proficua, proventus et emolumenta talium

per

71

exercitii huiusmodi Jurisdictionis provenien debitis et convenientibus necessarie expense dni Archiepi ratione visitationis dicti Archiatus Surrie de tempore in tempus fiende defalcent ac eidem Archino Surrie Officiariisque et ministris suis de tempore in tempus allocent. **Item** volumus ordinamus et decernimus quod feoda proficua et emolumenta omnia et singula ratione approbationis et insinuationis quorumcumque testamentorum infra dictum Archiatum Surrie coram Vicario in spiritualibus generali sive Commissario Epi Surrie pro tempore existente existen modo predicto probandorum approbandorum et insinuandorum debita provenientia et contingentia inter prefatos Epum et Archinum Surrie equis portionibus dividantur et distribuantur exceptis sigillorum feodis proficuis et emolumentis ratione commissionum administrationum bonorum quorumcumque ab intestato vel pro intestato infra dictum Archiatum Surrie morientium debitis et provenientibus Que omnia et singula Epo Surrie solummodo reservamus.

Item volumus ordinamus et decernimus quod quotiens in futurum contingat dictum Epum Surrie modernum Ecclesiam suam Cathedralem ac Civitatem et Diocesim Surrie de triennio in triennium auctoritate sua ordinaria visitare. quod tunc dictus Epus omnia et singula feoda proficua et emolumenta ratione probationis approbationis et insinuationis quorumcumque testamentorum vel commissionum administrationum bonorum quorumcumque infra dictum Archiatum Surrie ab intestato vel pro intestato morientium et decedentium per tres menses continuos viz per unum mensem ante inceptionem huiusmodi spiritualem visitationem ac per duos menses immediate sequentes post inceptionem eiusdem visitationis eiusdem tantum et non ultra insinuandorum et commitendorum debita provenientia et contingentia totaliter et integraliter in eius proprios usus habebit et percipiet sine aliqua contradictione reclamatione vel molestatione Archini Surrie predicti vel officiariorum aut ministrorum suorum quorumcumque.

Item decernimus et ordinamus quod preter et ultra feoda proficua commoditates et emolumenta predicta prefat Epo Surrie moderno sub modo et forma predictis exceptis et reservatis dictus Archinus Surrie annuatim bene et fideliter solvet et satisfaciet seu sic solvi et satisfieri faciet dicto Epo Surrie vel assignatis suis de tempore in tempus summam triginta sex librarum per annum bone et legalis monete Anglie Epo Surrie pro tempore existen de more antiquo nomine prestationis debitam et solvi consuetam preter et ultra arreragia huiusmodi prestationis hactenus aretro existentia Que quidem arreragia dictarum prestationum sic aretro existen predictum Archinum eidem Epo vel assignatis suis citra primum diem mensis Augusti proxime futuri fideliter reddi et satisfieri volumus, decernimus et ordinamus **Item** volumus laudamus et ordinamus per presentes quod dictus Epus Surrie eiusque Vicarius in spiritualibus generalis citra dictum primum diem Mensis Augusti proxime futuri bene et fideliter solvant et satisfaciant seu sic solvi et satisfieri faciant et utrique eorum faciat omnia et singula arreragia quorumcumque feodorum commoditatum et emolumentorum eidem Archino vel eius officiariis aut ministris debita et per dictum Epum vel eius Vicarium in spiritualibus generalem huiusmodi seu eorum alterum a tempore orte controversie predicte recepta (siqui talia receperint vel eorum alter receperit) sine dolo, fraude vel ulteriori mora aut recessione quacumque **Item** decernimus et ordinamus quod si contingat aliquod dubium vel ambiguitatem in et circa interpretationem aut verum intellectum presentis nostre ordinationis aut alicuius partis eiusdem imposterum oriri quod tunc et eo casu licebit et fas erit nobis prefatis Archiepo Cant et partis eiusdem imposterum ... eadem dubia et ambiguitates interpretari exponere et declarare ac partes predicte et eciam Epo Winton eadem dubia et ambiguitates interpretari exponere et declarare ac partes predicte utrasque interpretationi et declarationi nostris in et circa premissa stabunt et easdem obedient sine aliqua contradictione vel reclamatione Reservando nobis potestatem et auctoritatem huius presentis ordinationis nostre addendi atque ab eadem subtrahendi ac eandem in parte vel in toto mutandi pro loco et tempore congruis et oportunis prout opus fuerit ac visum nobis fuerit expedire. **In quorum** omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Nos Mattheus Archiepus Cant et Robertus Epus Winton antedicti huiusmodi presentibus litteris testimonialibus indentatis sigilla nostra respective apponi mandavimus et fecimus **Dat** primo die mensis Julii Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo.

Sexto die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo Scriptum fuit Regie Maiestati pro captione corporis Roberti Master subscripti

requisitio pro captione corporis Roberti Master excommunicati

Reverendissimo in Christo patri et Dno dno **Mattheo** providentia divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali Officiali principali sive Commissario cuicumque Vester humilis et devotus Thomas Lawse artium magister Civitatis et diocesis vestrarum Cantuariensium Commissarius generalis legitime fulcitus. Omnimodam obedientiam et reverentiam vobis quovismodo debitam tanto honore. **Cum** nos in quadam causa subtractionis decimarum sive aliorum Jurium Ecclesiasticorum Que coram nobis in curia Cathedrali Ecclesie Christi Cant loco consistorii ibidem inter Thomam Harnden et Ricardum Bunting firmarios Rectorie Ecclesie parochialis de Hope Cantuar diocesis partes agentes et querelantes ex una Et Robertum Master parochie de Wadhurste dict Cant diocesis partem ream et querelatam partibus ex altera, aliquamdiu vertebatur et pendebat ordinarie, rite et legitime procedentes. Prefatum Robertum Master partem ream predictam ad solvendum summam quadraginta

Solidorum legalis monete Anglie partibus agentibus premem oratis pro taxatis per eundem agentem expensis in hac causa et occasione litis huiusmodi habit' per nos iudicialiter taxat' et moderat' citra certum diem competentem iam effluxum et etiam ad certificandum solutionem eiusdem summe taxate quibusdam certis die et loco competentibus iam effluxis legitime et peremptorie ad comparendum citatum preconizatum diuque et sufficienter expectatum et nullo modo comparentem neque certificantem solutionem summe predicte taxate pronunciavimus contumacem Et in penam contumacie sue huiusmodi eundem Robertum Master ad instantiam petitionem dicti partium agentis contumaciam suam huiusmodi accusantem excommunicandum fore in scriptis decrevimus et excommunicavimus, iustitia id postulante. Atque ipsum Robertum Master sic excommunicatum fuisse et esse per literas nostras denunciatorias publice denunciari mandavimus et obtinuimus. Prefatus tamen Robertus Master in huiusmodi excommunicationis sententia post denunciationem predictam per quadraginta dies et ultra contumaciter stetit et perseveravit animo pertinaci et indurato iurisdictionem ecclesiasticam nequiter contemnendo etc.

Vestre igitur paternitati humiliter supplicamus intime rogantes quatenus ad ipsius Roberti Master sic excommunicati obstinatiam reprimendam Regie Maiestati pro ipsius corporis captione iuxta Regni sui Anglie consuetudinem hactenus in consimilibus usitat' scribere dignemini cum favore, Ut quem timor Dei et Ecclesiastice a contemptu non revocat saltem coerceat inadversio pene corporalis a sua maiestate infligende. Quam ad populi regimen diu conservet prosperam clementia divina. **In cuius** rei testimonium Sigillum officij nostri presentibus apposuimus. Dat' Cantuar' Tertio die mensis Julij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tercio.

Commissio pro exercitio Jurisdict' Decanatus de Resbergh.

Thomas Yale Legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cant' Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis in et per Civitatem et diocesim Cantuarien' et peculiares Jurisdictiones eiusdem Reverendissimi patris et Ecclesie sue cathedralis et Metropolitice Christi Cant' Ac in et per totam Provinciam Cantuariensem sufficienter et legitime constitutus **Dilecto** nobis in Christo Roberto Houghton Artium magistro Salutem in domino sempiternam **De** cuius sana doctrina conscientie puritate circumspectionis industria et provida in rebus gerendis dexteritate plurimum fidentes Te commissarium nostrum Decanatus de Rysbergh Ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien' predicte Jurisdictionis immediate prefecimus constituimus et deputamus per presentes **Ad** visitandum igitur Ecclesias et Capellas omnes et singulas Clerumque et populum Decanatus predicti prout ab antiquo usitatum fuerit ac procurationes debitas recipiendum. Necnon ad inquirendum seu inquiri faciendum de et super quibuscunque subditorum Decanatus predicti criminibus excessibus et delictis quibuscunque hactenus commissis vel imposterum committendis Quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum Ecclesiasticum de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie Legibus et statutis ac citra offensam Legum et statutorum Regni Anglie poterunt pertinere, Ipsosque et ea debite corrigendum puniendum et reformandum. Ac etiam ad cognoscendum procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus causis et negotiis Ecclesiasticis quibuscunque tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantias sive promotiones hactenus motis intigatis et intentatis aut imposterum movendis et intentandis, Easque et ea cum suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscunque audiendum discutiendum et fine debito terminandum citra tamen offensam Legum Statutorum huius Regni Anglie et quatenus eadem Statuta et Leges permittant (et non aliter neque alio modo) Ac in omnibus casibus a iure et Statutis eiusdem Regni permissis et approbatis bona quorumcunque in dicto Decanatu decedentium Sequestrandum seu sequestrari faciendum. Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcunque infra dictum Decanatum ab hac luce (dum vixerint) migrantium sive decedentium insinuandum et approbandum Administrationesque bonorum quorumcunque testantium huiusmodi sive ab intestat' vel propriam intestate decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie Statutis committi debeant committendum. Ac compotum calculum sive ratiocinium Executorum Sequestratorum et Administratorum huiusmodi recipiendum audiendum examinandum et admittendum Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori computo sive ratiocinio in hac parte reddendo (prout iuris fuerit et equitatis) absolvendum et finaliter dimittendum. Alium insuper seu alios in premissis et eorum quolibet de et cum assensu et consensu dicti Reverendissimi patris et non aliter loco tuo substituendum eumque et eos quoties et quando tibi videbitur expedire revocandum. Necnon omnia et singula alia ad officium commissarii huiusmodi et exercitium Jurisdictionis ecclesiastice dicti Decanatus spectantia et pertinentia et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna (citra tamen offensam legum et Statutorum huius Regni Anglie et non aliter neque alio modo) faciendum exercendum et expediendum **Tibi** cum cuiuslibet coercitionis canonice potestate, exequendum que in hac parte decreveris potestate, vices nostras committimus presentibus ad beneplacitum dicti Reverendissimi patris duntaxat duratur'. Assumpto tibi et substitutis tuis huiusmodi dilecto nobis in Christo Johanne Incent notario publico dicti Reverendissimi patris Registrario primario vel

eius in hac parte deputat. in Registrarium et Actorum nostrorum Scribam in ea parte durant. hac nra Commissione
In cuius rei testimonium Sigillum pro Curia Audientie Cant. dni Rmi prio presentibus apponi fecimus
Dat. decimo die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo

Alia similis requisitio pro Johe Giles excoicato

Reverendissimo in Christo patri ac dno dno Mattheo divina providentia Cantuarien Archiepo
totius Anglie primati et metropolitano **Vester** humilis et devotus Richardus Rytson Clericus artium magr
Decanus Decanatuum de Southmallinge Paggam et Terringe vre et Ecclie vre Christi Cant. Jurismi im-
mediate omnimodas obiam et reverentiam tanto Rmo pri debit. cum honore **Cum** nos ex officio nro in
quodam Correctionis sive reformationis negotio con quendam Johem Giles porchie de Wadehurst in
Com Sussex Laborer Decanatus et Jurmo pdic vre et Ecclie preden. Eundem Johem Giles propter
suam manifestam contumaciam in non comparendo coram nobis certis die horis et loco competentibus iam
effluxis ad quos legitime et peremptorie vocat. et citat. extitit quibusdam articulis capitulis sive interrog.
meram aie sue salutem ac morum et excessuum suorum reformationem et correctionem concernen.
sibi tunc denunt. ex officio nro obiciend. et ministrand. personaliter respons. sine
pronuntiaverimus contumacem ipsumque in penam contumacie sue huiusmodi excommunicavimus in scriptis
Justitia mediante. Ac ipsum sic excommunicatum fuisse et esse per litteras nras denuntiatorias publice denuntiari
mandaverimus et fecerimus prefatus tamen Johannes Giles in huiusmodi excommunicationis sententia per quadra-
ginta dies et amplius stetit perduravit et adhuc perseverat aio pertinaci et indurato claves sancte matris
Ecclie nequiter contemnend. **Vre igitur** paternitati Rme supplicamus humiliter et devote quatenus ad
predicti Johannis Giles sic excommunicati obstinatiam reprimend. Regie Maiestati pro eius corporis captione
secundum Regni Anglie consuetudinem in hac parte hactenus usitatam scribere dignemini cum favore. Ut quem
dei timor a malo non revocat saltem coerceat animadversio Regie Mats. **In cuius** rei testimonium
Sigillum meum presentibus apponi fecimus **Dat.** Octavo die mensis Octobris Anno dni 1572.

Vicesimo nono die mensis Novembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo
scriptum Regine per Archiepum pro captione corporis Johannis Giles retroscripti

ad visitand. Commissio Decanat. de Bockinge

Mattheus permissione divina Cant. Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus dilectis
nobis in Christo mris Thome Watts sacre theologie professori ac Rectori Ecclie porch. de Bockinge
Decanatus de Bockinge nre Ecclie Cathedralis et Metropolitice Xpi Cant. Jurismis mediate et
Johanni Gill sacre theologie Baccalo Rectori Ecclie parochie de Hadley Decanatus et Jurismis
pdict. Salutem Gratiam et ben. De vris sana doctrina, conscientie puritate fidelitate circumspec-
tione industria ac provida in rebus gerendis dexteritate plurimum freti vos Decanos Decanatus nri
de Bockinge nre et Ecclie nre Cathis et Metropolitice Xpi Cantuarien Jurismis immediate
con. et divim. committimus constituimus et deputamus per presentes. Ad visitand. igitur ecclias et
Capellas omnes et singulas clerumque et populum Decanatus predict. prout ab antiquo usitatum fuit
ac procurationes debitas recipiend. Necnon ad inquirend. seu inquiri faciend. de et super
quorumcumque subditorum Decanatus predict. criminibus excessibus et delictis quibuscumque hactenus
commissis vel imposterum committend. quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum
de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie legibus et Statutis (citra tamen offensionem
Legum et Statutorum Regni Anglie) noscuntur pertinere et ea debite corrigend. puniend.
et reformand. Ac etiam ad cognoscend. procedend. statuend. et diffiniend. in omnibus causis
et negotiis ecclesiasticis quibuscumque in dict. Decanatus Jurisdictione tam ex officio mero mixto
vel promoto quam ad quarumcumque partium instantias sive promotiones hactenus motis inchoatis
et intentatis aut imposterum movend. et intentand. eorumque et ea cum suis incidentibus
emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscumque audiend. discutiend. (quatenus leges
et Statuta huius Regni Anglie permittant et non aliter neque alio modo) ac citra offensionem eorundem)
finiend. et terminand. Ac etiam in omnibus casibus a Jure et Statutis eiusdem Regni permissis
et approbatis bona quorumcumque in dicto Decanatu decedentium sequestrand. seu sequestrari faciend.
Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcumque infra dictum Decanatum ab hac luce (Deo
iubente) migrantium sive decedentium insinuand. et approband. administrationesque bonorum
quorumcumque testatorum huiusmodi sive ab intestato vel per viam intestati decedentium executoribus

In quo testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de iure vel consuetudine aut huius regni Anglie statutis committi debeant computum calculum sive rationem executorum sequestratorum et administratorum huiusmodi recipiend audiend examinand et admittend ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori compoto sive ratiocinio in ea parte reddend (nisi iuris sint et equitatis) absolvend et finaliter dimittend Alium insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro aut alterius vestrum substituend cumque et eos quoties et quando vobis seu vestrum alteri videbitur expedire revocand Ceteraque omnia et singula alia que officium decani huiusmodi et exercitium iurisdictionis ecclesiastice dicti decanatus spectant et pertinent Ac que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna (citra tamen offensionem legum et statutorum huius regni Anglie et non aliter neque alio modo) faciend exercend et expediend Vobis coniunctim et divisim ac cuiuslibet vestrum tale exequend que in ea parte decernentibus potestate vices nostras committimus et per presentes ad beneplacitum nostrum duntaxat duraturas. Assumpto vobis et utrique vestrum coniunctim et divisim ac substitutis vestris huiusmodi vel eorum alteri vel pluribus dilecto nobis in Christo Rolando Fincut notario publico registrario nostro primario vel eius in ea parte deputato in registrarium et actorum vestrorum scribam in ea parte durante hac nostra commissione. In cuius rei testimonium sigillum nostrum publicum apponi fecimus. Dat in manerio nostro de Lambehith quarto die mensis Novembris Anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. Et nostre consecrationis Anno decimo tercio

Mandatum ad levand quedam arreragia sive debita domine Regine solvenda

Mattheus providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo magistro Thome Lawse commissario nostro generali in et per civitatem et diocesim nostras Cantuar Salutem gratiam et benedictionem Brevi illustrissime principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. nuper cum ea qua decuit reverentia et subiectione recepimus in hec verba Elizabeth dei gratia etc. Nos vero iussionibus et mandatis dicte illustrissime domine nostre Regine pro officii nostri debito obtemperare volentes. Tibi ex parte dicte domine nostre Regine firmiter precipiendo mandamus Quatenus immediate post receptionem presentium iuxta tenorem brevis regii predicti cum omni celeritate accommoda seperalia debita in dicto brevi regio mentionata de bonis et catallis terris tenementis fructibus decimis oblationibus obventionibus et emolumentis quibuscumque tam omnium et singulorum rectoriarum vicariarum prebendarum incumbentium beneficiorum et aliarum promotionum spiritualium ac ecclesiasticarum quarumcumque quam seperalium personarum beneficiorum in eodem brevi regio specificatorum in diocesi nostra Cantuar existen ad usum dicte domine nostre Regine fieri et levari facias ita quod debita predicta omnia et singula habeantur coram Baronibus Scaccarii dicte domine Regine die et loco in brevi predicto mentionatis. Ceteraque omnia et singula exequi et perimpleri facias cum effectu que tenor et effectus brevis regii predicti de se exigunt et requirunt. Et quid in premissis feceritis nos citra decimum diem mensis Januarii proxime futuri debite certificare non postponas In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat in manerio nostro de Lambehith penultimo die mensis Novembris Anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. Et nostre consecrationis Anno xiijtio

Requisitio pro captione corporis Thome Carden excommunicati

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Matthew permissione divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano eiusve vicario in spiritualibus generali officiali sive commissario Vester humilis et devotus Robertus Bussopp legum doctor Archidiaconatus Cantuarien officialis legitime fulcitus omnimodas obedientiam et reverentiam vobis quoquomodo debitas cum honore. Cum Thomas Cranmer deputatus venerabilis viri magistri Vincentii Denne nuper officialis Archidiaconatus Cantuar predicti In quadam causa subtractionis legati que coram eo inter Helenam Lawrence als Eliot administratricem bonorum iurium et creditorum omnium et singulorum cuiusdam Georgii Lawrence defuncti dum vixit legatarii in testamento sive ultima voluntate cuiusdam Thome Lawrence nuper dum vixit parochie de Minster in Insula Thanatos defuncti partem agentem et querelantem ex una Et Thomam Carden parochie de Minster predicte executorem testamenti sive voluntatis predicti Thome Lawrence defuncti partem ream et querelatam partibus ex altera aliquamdiu vertebat et pendebat indecisa rite et legitime procedens. Cum tandem ex parte et in favorem dicte Helene Lawrence als Eliot contra dictum Thomam Carden legerit tulerit et promulgavit ad petitionem partis agentis predicte in scriptis diffinitivam per quam inter alia eundem Thomam Carden in sorte principali quam ac summa triginta quinque librarum taxavit condempnand fore decrevit et condempnavit. Cumque nos prefatus Robertus Bussopp officialis modernus ad petitionem dicte Helene Lawrence als Eliot ad solvend dictam sortem principalem et ad certificand de solutione predicta citra certos diem et locum competentes iam effluxos predictum Thomam Carden monuerimus et assignaverimus. Cumque prefatum Thomam Carden dictis die et loco preconizatum diuque et sufficienter expectatum et nullo modo comparentem nec de solutione predicta quoquomodo certificantem ad predicte Helene Lawrence petitionem pronunciaverimus contumacem et in penam contumacie sue huiusmodi excommunicaverimus in scriptis iustitia mediante. Cumque dictus Thomas Carden in dicta sententia excommunicationis contumaciter perstiterit et adhuc persistit per quadraginta dies et ultra claves sancte matris ecclesie nequiter contemnendo. Vobis igitur prefate paternitati Reverendissime supplicamus intime rogantes quatenus ad ipsius Thome Carden sic excommunicati obstinaciam reprimendam Regie maiestati pro ipsius corporis captione iuxta regni sui Anglie consuetudinem hactenus in similibus usitatam scribere dignemini cum favore. Ut quem timor pene ecclesiastice a contemptu non revocat saltem coerceat animadversio pene corporalis [illegible] maiestatem illustrem quam ad populi regimen ac regni sui tranquillitatem diu conservet prosperam clementia divina. In cuius rei testimonium sigillum officii nostri presentibus apponi fecimus. Dat quoad sigilli huiusmodi appensionem decimo quarto die mensis Januarii Anno domini secundum ecclesie Anglicane computationem millesimo quingentesimo septuagesimo secundo.

Scriptum fuit Regie maiestati per reverendissimum patrem certificatorium pro captione corporis ||
excommunicati Thome Darden sub dato penultimo Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo.

Mandatum Episcopo London ad publicandum librum publicarum precum

Matheus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus Venerabili
confratri nostro domino Edwino eadem permissione divina London Episcopo Salutem et fraternam in domino charitatem. Cum
nos librum quendam proxime publicatum intitulatum A forme of common prayer to be used and so
commaunded by authorytie of the Quenes maiestie and necessary for the present tyme and state 1572
vicesimo septimo Octobris de mandato Illustrissime domine nostre Regine componi ac imprimi et publicari
fecimus. Nos igitur librum predictum in et per totam provinciam Cantuariensem debite exequi demandari
volentes librum ipsum presentibus annexum vobis transmittimus publicandum, volentes ac fraternitati vestre firmiter
iniungendo mandantes quatenus vera exemplaria libri predicti universis et singulis venerabilibus confratribus
nostris dicte provincie nostre Cantuariensis cum ea qua fieri poterit maxima celeritate transmittatis seu transmitti
faciatis vice et ex parte nostra iniungentes quibus nos etiam tenore presentium sic iniungimus quatenus eorum singuli
in singulis diocesibus eorundem tam Decano et Capitulo cuiuslibet Ecclesie Cathedralis ac Clericis et Clero sue
diocesis prout ad eos et eorum quemlibet pertinet librum predictum debite publicent ac ab omnibus quos concernit
observari et debite executioni demandari procurent sive sic publicari et observari faciant cum effectu. Et
insuper fraternitati vestre ut supra iniungimus quatenus librum predictum in et per diocesim vestram London prout ad vos
attinet debite et effectualiter publicari et executioni demandari faciatis prout decet. In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith vicesimo nono die mensis ||
Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo Et nostre consecrationis Anno decimo.

Licentia erudiendi scholares per totam provinciam Cantuariensem

Matheus permissione divina Cant. Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus Dilecto nobis
in Christo Johanni Moodye in Artibus Magistro Salutem graciam et benedictionem. Cum venerabilis confrater noster Dominus Johannes
permissione divina Norwicensis Episcopus tibi (premissis per examinatores suos approbato) docendi gramaticam ubicunque voluerit
infra diocesim suam et Civitatem Norwicensem iuxta Leges et Canones huius Regni Anglie licentiam et facultatem in
dicta diocesi concesserit prout per literas suas patentes Sigillo suo Episcopali sigillatas nobis presentibus annexas plene liquet et
apparet. Cumque tu (ut in premissis) circa concessionem licentie et facultatis predictarum habitationem tuam a dicta
Diocesi Norwicensi ad villam sive peculiarem iurisdictionem de Writtle in Comitatu Essex nostre Cant. provincie
transtulisti ac ibidem moram facere ac docendi et instruendi exercere facultatem (licentia nostra in ea habita et
obtenta) in animo habeas. Ut igitur artem Gramaticalem et alia quecunque documenta licita et honesta ac de
Iure et Statutis huius Regni Anglie et Iniunctionibus Regiis permissa et approbata in quocunque loco publico vel
privato tuo arbitrio eligendo in et per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constituto docere, ac quoscunque
in eisdem documentis licitis instruere erudire et informare libere et licite possis et valeas. Tibi de cuius
scientia conscientia puritate morum probitate et diligentia plurimum confidimus plenam in domino tenore
presentium concedimus potestatem pariter et facultatem per presentes ad beneplacitum nostrum tantummodo duraturam.
In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. decimo octavo die mensis
Ianuarii Anno domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo.

Commissio ad admittendum Anthonium Morton in procuratorem Curie Cant

Matheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus Dilecto
nobis in Christo magistro Thome Yale Legum Doctori Curie nostre metropolitice Cantuariensis de Arcubus London
Officiali aut alii dicte Curie presidenti cuicunque Salutem graciam et benedictionem. Scientia sincera preditis in rebus
gerendis aliisque virtutum et probitatis dona (quibus dilectus nobis in Christo Anthonius Morton notarius
publicus insignitur) nos merito movent ut personam illius favore benevolo prosequamur eique gratiam impartiamur
specialem. Ad dispensandum igitur cum eodem Anthonio Morton ut in numerum procuratorum generalium dicte Curie
nostre Cantuariensis modo et forma sequentibus recipi et admitti ac in eadem Curia procuratoris officium publice
exercere valeat citra tamen preiudicium procuratorum dicte Curie nostre ante hac auctoritate nostra vel
predecessorum nostrorum aut tempore vacationis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis qualitercunque admissorum
aut eorum alicuius. Necnon sub hac lege et conditione quod stet non exercens in dicta Curia nostra donec et quousque
numerus procuratorum generalium dicte Curie nostre ante hac (ut premittitur) admissorum decreverit usque ad
numerum iuxta formam Statutorum Curie nostre predicte, ac insuper ad beneplacitum nostrum ipsumque procuratorem
dicte Curie nostre admittendum atque in numerum procuratorum generalium dicte Curie sub modo forma et conditione
predictis et non aliter aggregandum. Tibi vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium
concedimus facultatem. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. decimo
nono die mensis Ianuarii Anno domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo secundo Et nostre consecrationis Anno decimo quarto

Restitutio Edmundi Fletwood ad Societatem suam in Collegio Mertonensi.

Vicesimo secundo die mensis Ianuarii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo
in quodam alto deambulatorio infra Manerium Reverendissimi patris domini Mathei Archiepiscopi Cantuariensis etc.

Apud Lambeth situat. coram eodem Reverendissimo patre in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii principalis eiusdem Reverendissimi patris. Dictis die et loco comparuit personaliter Edmundus Fletewood Collegii Mertonensis in Academia Oxon nuper Sotius, et allegavit se absque ulla iusta aut legitima causa mediis et sinistris procurationibus quorundam ////// emulorum suorum a Societate sua in dicta Academia Collegio per Gardianum et Seniores Socios eiusdem Collegii // // assedentes iniuste expulsum fuisse et esse. Unde eidem Reverendissimo patri humiliter supplicavit quatenus eum // ad Collegium predictum et Societatem suam in eodem restituere dignaretur. Et tunc dictus Reverendissimus pater // // pensatis et matura deliberatione (ut asseruit) consideratis causis expulsionis eiusdem Edmundi Fletewood eundem Edmundum ex certis causis legitimis, moventibus eum (ut asseruit) in hac parte specialiter ad Societatem // suam predictam ac ad omnia et singula iura et commoditates ratione eiusdem sibi quovismodo competentia verbo /// tenus restituendum fore decrevit, et eundem Edmundum tunc effectualiter restituit. presentibus tunc ibidem Johanne Whitney, et Antonio Marshall dicti Reverendissimi patris famulis domesticis testibus etc.

Certificatorium super institutionibus in Beneficiis ecclesiasticis

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Saccarii Illustrissime in Christo principis et // domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. Et eius Curie // // Thesaurario ceterisque in eadem a consiliis. Matthaeus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius // // Anglie primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi // // Brevi supradicte Illustrissime domine nostre Regine presentibus annexo unacum ea qua decuit Reverentia obedientia et // // subiectione humiliter recepimus exequendi cuius vigore pariter et auctoritate scrutatis diligenter de // mandato nostro Registro et Archivis nostris sub custodia Registrarii nostri primarii existentibus et fideliter custoditis nomina et // cognomina omnium et singulorum Clericorum ad promotiones et beneficia Ecclesiastica tam infra diocesim nostram et Iurisdictiones immediatas Ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuariensis quam provinciam nostram Cantuariensem a festo natalis domini // Anno Regni eiusdem domine nostre Regine decimo quarto usque ad idem festum natalis Anno Regni eiusdem domine nostre Regine decimo quinto admissorum unacum annotatione et descriptione dierum mensium et Annorum admissionum et institutionum eorundem Clericorum ad beneficia huiusmodi in scedula presentibus annexa describi fecimus et mandavimus // Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem Brevis regii predicti quatenus ex Registris et Archivis nostris huiusmodi nobis constare possit duximus significandum per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat. in Manerio nostro de Lambeth decimo // Februarii Anno domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo decimo Et nostre consecrationis Anno decimo Quarto

Nomina institutorum

Tertio die mensis Januarii Anno domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Magister Johannes Calveley in Artibus baccalaureus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Clive infra Decanatum de Shorham

Decimo tertio die mensis Januarii Anno predicto // Willelmus Hawkins Clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Postlinge //// Cantuariensis diocesis

Decimo quinto Januarii Anno predicto Hugo Smyth clericus admissus fuit ad vicariam de Mylton // Cantuariensis diocesis

Decimo Octavo Januarii Anno predicto Jacobus Sayer admissus fuit ad ecclesiam parochialem de // Chiselhurst Roffen diocesis

Decimo quarto die mensis Februarii Anno domini predicto Johannes Elmige clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Tonge //// Cant diocesis

Tertio die mensis Martii Anno predicto Mattheus Allen admissus fuit ad vicariam perpetuam // ecclesie parochialis de Cornehill Cantuar diocesis

Vicesimo die mensis Martii Anno predicto Johannes Scafferde admissus fuit ad vicariam perpetuam // ecclesie parochialis de Pagham infra decanatum de Pagham

Vicesimo secundo Martii Anno predicto Willelmus Sykes clericus admissus fuit ad vicariam de Stalesfeild Cantuariensis diocesis

Decimo quinto die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo Richardus // Pilesworth clericus admissus fuit ad vicariam // perpetuam de Brokeland Cantuar diocesis //

Vicesimo sexto die mensis Aprilis Anno domini 1572 Robertus Stele clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Marsham Norwic //

Vicesimo nono Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo predictus Johannes Fletewood clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Kenington Cantuariensis diocesis

Decimo Maii Anno domini 1572 Nicholaus Mundeyne clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Barfreston alias Barston Cant diocesis

Penultimo die mensis Maii Anno predicto Simon Stone clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis Sancti Laurentii in insula Thanet Cantuariensis diocesis

Decimo tertio die mensis Junii Anno predicto Johannes Colderell in medicinis doctor admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Tunstall Cantuariensis diocesis

Vicesimo sexto die mensis Junii Anno predicto Willelmus Merrick clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam Ecclesie parochialis de Chartham Cantuariensis diocesis

Eodem die Annoque predicto Robertus Sponton admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Newington infra decanatum de Risebrugge

Vicesimo septimo die mensis Junii Anno predicto Johannes Cowper // clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Fitz Payne Okeford in Com. Dorset Bristoll diocesis

Quarto die mensis Julii Anno predicto Johannes Wilson clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam Ecclesie parochialis de [illegible] // Cantuariensis diocesis

Octavo die mensis Julii Anno predicto Johannes Tonbridge clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Newenden Cantuariensis diocesis

Vicesimo septimo die mensis Augusti Anno predicto Georgius // Flecher admissus fuit ad vicariam perpetuam de Chilham Cantuar

Quinto die mensis Septembris 1572 Nicholaus Shyer // admissus fuit ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de // Sutton Vallance

Decimo Octobris 1572 Johannes Underhill clericus admissus fuit ad 7am prebendam in Ecclesia Christi Cantuariensis

Tertio die mensis Novembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo Christoferus England admissus fuit ad Donationem de Goodneston Cantuariensis Diocesis

Johannes Hunden admissus fuit ad Rectoriam de Ffordiche Cantuariensis Diocesis

Septimo die mensis Novembris Anno dni 1572 Eustachius Pilles admissus fuit ad vicariam de Linstede Cant. Diocesis

Eodem die predicto Thomas Holland admissus fuit ad vicariam de Wodington Cantuariensis Dioc.

Decimo Septimo die mensis Decembris Anno dni 1572 Willmus Absolon admissus fuit ad vicariam de Preston iuxta Ffevershm Cantuariensis Diocesis

Vicesimo Tertio die mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo David Williams Clericus admissus fuit ad Ecclesiam de Brode mayne alias Mayne Martell Bristoll Diocesis

Septimo die mensis Martii Anno dni predicto Thomas Cooke artium magister admissus fuit ad vicariam de Gillingham Bristoll Diocesis

Nono die mensis Martii Anno dni 1572 Henricus Turner Clericus admissus fuit ad Archidiaconatum Dorset in ecclia Cathedrali Bristolien

Octavo die mensis Maii 1572 Augustinus Green Clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Pymperne Bristoll Diocesis

Nono die mensis Julii 1572 Georgius Pede admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Rampisham

Undecimo die mensis Novembris 1572 Willmus Emerford admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Symondesborough Bristoll Diocesis

Penultimo die mensis Novembris 1572 Nicholaus Grindall admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Winterborne iuxta Bristoll

Septimo die mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem Ecclie 1571 Willmus Green Clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam Ecclie parochialis de Sti Egidii in Civitate Exon

Penultimo die mensis Januarii Anno predicto Willmus Master Clericus admissus fuit ad vicariam de Amsted

Tertio die mensis Martii Anno predicto Willmus Cole Clericus admissus fuit ad Rectoriam de Clayhyd ad Ponten

Decimo tertio die mensis Martii Anno predicto Thomas Nicholls Clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam Ecclie parochialis de Taynton Exon Dioc.

Septimo die mensis Maii Anno dni 1572 David Powell Clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam Ecclie parochialis de Ffrythelstock Exon Diocesis

Septimo die mensis Junii Anno dni 1572 Edmundus Weycheswade Clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Calolton Exon Dioc.

Quarto die mensis Junii 1572 Johannes Polly Clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Westcott Barton Oxon Diocesis

Decimo Sexto Junii 1572 Thomas Chester Clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Wigginton Oxon Diocesis

Secundo die mensis Julii Anno dni 1572 Radulphus Eaton in artibus Magister admissus fuit ad Rectoriam Sti Martini Oxon

Decimo quarto die mensis Julii 1572 Johannes Kendall Clericus admissus fuit ad vicariam de Bloxam

Vicesimo die mensis Julii 1572 Cuthbertus Westhaughe sacre theologie professor admissus fuit ad Ecclesiam parochialem de Baldwin Brightwell

Vicesimo die mensis Augusti Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo Robertus Hitche Clericus admissus fuit ad Ecclesiam parochialem Sti Egidii Oxon

Vicesimo Secundo die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo Edwardus Fflower Clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam Ecclie parochialis beate Marie in Civitate Oxon

Vicesimo Octavo Octobris predicto Johannes Nurse Clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam de Yffeley

Quinto die mensis decembris Anno dni 1572 Willmus Shepparde admissus fuit ad vicariam perpetuam de Northaston

Sequestratio fructuum ecclie de Llandagle

Matheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Christo Evano Lloyd Armigero et Rogero Lloyd generoso Salutem Gratiam et ben. Ex gravi querela parochianorum de Llandagle Assaphensis diocesis nostre Cantuariensis provincie ad nostrum nuper pervenit auditum quod licet ipsi iam diu pastoris idonei solatio caruerint et sint destituti ac in divinis fraudati quoque pro remedio in hac parte sepius crebras ac iteratas instantias apud reverendum in Christo confratrem nostrum dominum Thomam Assaphen Episcopum illius loci ordinarium fecerint, idem tamen confrater noster illis in divinis officiis aut de aliquo remedio in ea parte providere hactenus neglexit et distulit ac sic differt in presenti in animarum suarum magnum periculum et exemplum non ferendum. Quocirca nobis humiliter supplicarunt quatinus eis in premissis remedium aliquod congruum et oportunum providere dignaremur. Nos igitur eorum pie petitioni favorabiliter annuentes nolentesque premissa connivientibus oculis preterire sed eis pro officii nostri debito quatinus in nobis est subvenire volentes ac predicti confratris nostri illius loci ordinarii in hac parte negligentiam prout tenemur supplere ac omnibus parochianis in divinis ac aliis requisitis providere, fructus omnes et singulos fructus decimas redditus proventus obventiones commoditates et cetera emolumenta quecumque ad dictam Ecclesiam quomodolibet spectantia et pertinentia ex officio nostro ad petitionem parochianorum predictorum sequestrandos fore decrevimus et sub nostri sequestri custodiam vobis committendam justitia ita exigente, prout etiam sequestramus et vobis committimus per presentes. Ad publicandum igitur huiusmodi sequestrum nostrum, sic per nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in hac parte. Necnon ad colligendum levandum et recipiendum omnes et singulos fructus decimas oblationes commoditates et emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam ecclesiam parochialem quoquo modo spectantia et pertinentia eademque et ea sic collecta levata et recepta sub salvo et tuto sequestro custodiendum et conservandum ac que temporis mora deperire vel ex similibus futura sint deteriora iusto pretio alienandi et venditioni exponendi. Atque de collectis levatis et receptis huiusmodi tunc dicte Ecclie parochialis

In divinis officiis et aliis requisitis debite deserviri ac omnia onera eidem Ecclesie incumbentia supportari faciend' et causand' ac de residuo sic collect' levat' et percept' fidelem computum sive ratiocinium cum ad hoc congrue fuerit requisitus juste reddend' et faciend'. Ceteraque omnia et singula alia faciend' gerend' et expediend' que in hac parte de jure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita. Vobis conjunctim et divisim vices et auctoritatem nostras committimus per presentes tantisper duratur' quoad eas duxerimus relaxand'. Dat' in Manerio nostro de Lambeth vicesimo primo die mensis Anno domini iuxta computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo.

Confirmatio Annuitatis facte Johi Harryson

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Matheus divina providentia Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Ecclesie parochialis Sancti Vedasti Decanatus de Arcubus London' nostre et Ecclesie nostre Christi Cantuarien' Iurisdictionis immediate patronus et Ordinarius Salutem in domino sempiternam. Cum Anthonius Bonde civis et Scriptor litere Curialis Civitatis London' et Johannes Drabull eiusdem Civitatis pistinarius in Anno regni Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris &c Octavo Gardiani sive Economi Ecclesie parochialis Sancti Vedasti predicti existentes et summam Centum librarum legalis monete Anglie de bonis ipsius Ecclesie pro reparationibus et aliis necessariis oneribus eidem Ecclesie incumbentibus supportatione in manibus et custodiis suis haben' de et cum assensu et consensu nonnullorum parochianorum parochie Sancti Vedasti predict' convenerunt et concordarunt cum quodam Johanne Metcalfe Cive et Pellipario Civitatis London' predicte quod dicta Summa centum librarum traderetur et deliberaretur eidem Johanni Metcalfe ad solum et proprium usum ipsius Johannis Metcalfe imperpetuum sub hac tamen lege et conditione quod idem Johannes Metcalfe daret et concederet Johanni Harrison Civi et Aurifabro dicte Civitatis London' ad usum eorundem tunc gardianorum et Successorum suorum atque parochianorum parochie Sancti Vedasti predict' in usum necessariarum reparationum ipsius Ecclesie vel in alios necessarios usus prout maiori parti parochianorum huiusmodi videbitur maxime expedire de tempore in tempus impendend' unam Annuitatem sive Annualem redditum duodecim librarum et decem solidorum legalis monete Anglie per eundem Johannem Harrison executores et administratores suos in usus predictos recipiend' et percipiend' durante termino triginta annorum extunc proxime et immediate sequen' et plenarie complend'. Cumque quidem Summa centum librarum per prefatos Anthonium Bonde et Johannem Metcalfe iuxta conventionem et conclusionem predictam tradita et deliberata fuit eidem Johanni Metcalfe. Cumque Johannes Metcalfe intuitu dicte Summe Centum librarum per scriptum suum indentatum gerens dat' vicesimo tertio die Februarii Anno regni dicte Illustrissime domine nostre Regine Elizabeth &c Octavo dedit concessit et confirmavit eidem Johanni Harrison unam annuitatem sive annualem redditum duodecim librarum et decem solidorum bone et legalis monete Anglie exeuntem de omnibus et singulis domibus messuagiis edificiis stabulis cottagiis hortis gardinis terris tenementis pratis pascuis pasturis boscis subboscis redditibus reversionibus servitiis et aliis hereditamentis quibuscumque ipsius Johannis Metcalfe tunc existen' situat' iacen' et existen' tam in parochia Sancte Brigitte in Fletestreate in Suburbiis Civitatis London' ac in parochia Sancti Egidii extra Creplegate London' predict' quam in Com' Essex et alibi ubicumque infra regnum Anglie. Habend' tenend' levand' et annuatim percipiend' dictam Annuitatem sive Annualem redditum duodecim librarum et decem solidorum eidem Johanni Harrison executoribus administratoribus et assignatis suis a festo Pasche tunc proxime sequen' post dat' scripti predicti usque ad finem termini et pro termino triginta Annorum extunc proxime sequen' et plenarie complend' ad duos Anni terminos videlicet ad festum Sancti Michaelis Archangeli sex libr' et quinque solid' et ad festum Annuntiationis beate Marie Virginis sex libr' et quinque solid' aut infra quadraginta et duos dies proxime sequen' quodlibet festum festorum predictorum prout per scriptum predictum plenius liquet et apparet. Virtute cuius scripti sive concessionis prefatus Thomas Bonde et quidam Thomas Browne parochie Sancti Vedasti predicti habendasher nuper etiam Gardiani ipsius Ecclesie ad festum Sancti Michaelis Archangeli proxime sequen' post dat' scripti predicti receperunt habuerunt et perceperunt ad usus predictos de prefato Johanne Metcalfe per manus eiusdem Johannis Harrison summam sex librarum et decem solidorum legalis monete Anglie, et ad festum beate Marie Virginis tunc proxime sequen' alias sex libras et decem solidos. Ac postea prefatus Johannes Metcalfe facultatibus lapsus ac penitus (ut dicebatur) inhabilis fuit aliquam aliam partem dicte Annuitatis sive Annualis redditus ad usum predictum solvere aut satisfacere. Ac terre et Tenementa et cetera hereditamenta ipsius Johannis Metcalfe superius mentionat' manibus et possessione eiusdem Johannis virtute quarundam priorum concessionum et titulorum edita fuerunt eius obligatione eadem terr' tenement' et hereditament' nec aliqua eorundem ad solutionem et satisfactionem dicte Annuitatis sive Annualis redditus (ut dicebat') de legibus huius Regni Anglie ulterius onerari non potuerunt neque possunt. Unde prefatus Johannes Harrison pro zelo erga deum et Ecclesiam parochialem Sancti Vedasti predicti charitative motus et ne dicta Ecclesia parochialis Sancti Vedasti tam Annuitatis predicte quam etiam residuum dicte Summe centum librarum penitus defraudaretur realiter solvit tradidit et deliberavit manibus Hugonis Morgan et Roberti Brandon nuper Gardianorum Ecclesie Sancti Vedasti predict' et aliorum parochianorum ibidem Summam sexaginta

et decem librarum legalis monete Anglie in usus predictos impendend' Intuitu cuius Summe Cen//
viginti et decem librarum per eundem Johannem Harrison sic ac summe predictum solut' prefat' //
Hugo Morgan et Robertus Brandon gardiani predict' pro se et Successoribus suis et maior //
pars parochianorum dict' parochie Sancti Vedasti cum eodem Johanne Harrison uno et aliorum Commissariorum
regiarum ad causas ecclesiasticas assignat' in ea parte etiam interveniente decret' convenerunt ac pactum ////
inierunt. Quod prefatus Johannes Harrison executoresque et assignati sui de tempore in tempus //
imperpetuum pacifice et quiete habere levare percipere et recipere possint et valeant in proprios //
usus ipsius Johannis Harrison executorum et assignatorum suorum tam dictam Annuitatem sive annualem //
redditum duodecim librarum et decem solidorum et Arreragia eiusdem quam etiam omnes et singulas alias
penarum summas penalitates et forisfacturas quascumque debit' vel debend' ac per eundem Johannem Metcalf
heredes executores vel administratores suos virtute scripti indentati predicti solvend' aut cum quibus terr' //
tenementa et hereditamenta eiusdem Johannis Metcalf propter non solucionem dict' Annuitatis sive //
annualis redditus duodecim librarum et decem solidorum vel alicuius partis eiusdem quovismodo onerat'
vel imposterum onerari possint. Dictique Gardiani et parochiani Sancti Vedasti predict' intuitu pred'
pro se et successoribus suis dederunt concesserunt remiserunt et relaxarunt ac quietum clamarunt
imperpetuum eidem Johanni Harrison heredibus executoribus administratoribus et assignatis suis totum
statum ius titulum clameum interesse et demandam que ipsi gardiani et parochiani vel eorum aliqui seu
aliquis habent seu quovismodo habere poterunt seu possint infuturum de et in dict' Annuitate vel //
annuali redditu duodecim librarum et decem solidorum aut Arreragiis eiusdem aut alicuius
inde parcelle. Necnon omnes et singulas penarum summas penalitates et fforisfacturas quascumque //
propter non solucionem eiusdem quovismodo debitas vel debendas. Habend' levand' percipiend' et
recipiend' eadem prefato Johanni Harrison executoribus et assignatis suis ad solum et proprium usum
ipsius Johannis Harrison executorum et assignatorum suorum imperpetuum prout per scriptum eorundem ///
Gardianorum et parochianorum eidem Johanni Harrison in ea parte inter alia fact' gerente datum //
undecimo die Marcii Anno regni Regie dicte Illustrissime due nre Regine Elizabeth &c.
decimo quarto plene liquet et apparet. Unde ne dictus Johannes Harrison executores vel
assignati sui in aut circa percepcionem aut recepcionem dict' Annuitatis sive annualis redditus //
duodecim librarum et decem solidorum vel alicuius partis eiusdem per Gardianos aut parochianos
Ecclesie parochialis Sancti Vedasti predict' seu eorum aliquem vel successores suos vel per aliquam aliam
personam nomine eorundem Gardianorum et parochianorum vel successorum suorum imposterum ///
molestari seu quovismodo perturbari vel inquietari possit aut valeat propterea quod dicta annuitas
sive annualis redditus cum et pertinuit ad dictam ecclesiam parochialem Sancti Vedasti quondam //
spectavit et pertinuit (ut prefertur) perquisit' extitit Et ad omnem dubitationis ansam que in ea
parte imposterum quovismodo oriri possit penitus tollend' idem Johannes Harrison nobis humiliter
supplicavit quatenus dictum scriptum indentatum concessionis Annuitatis sive annualis redditus //.//
duodecim librarum et decem solidorum predictorum per eundem Johannem Metcalf (ut prefertur) //
fact' et concess' auctoritate nostra ordinaria et patronali confirmare dignaremur. Nos vero
peticionem et supplicacionem eiusdem Johannis Harrison in hac parte iustam et racioni consonam esse
censentes dictum scriptum indentatum ac omnia et singula in eodem contenta sub modo et forma //
in huiusmodi script' indentat' specificat' pro nobis et successoribus nostris ratum et gratum //
habentes pariter et acceptum ea omnia et singula quantum in nobis est et de iure possumus auctoritate
nostra ordinaria et patronali approbamus ratificamus et confirmamus hac consensus et assensus
nostros eis prebemus per presentes Iuribus nostris Episcopalibus et ecclesie nostre Cathedralis et Metropo-
litice Christi Cant' dignitate et honore in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Datum** in Manerio nostro de Lambeth //
Quarto die mensis Marcii Anno domini iuxta computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo
Quingentesimo Septuagesimo Secundo. Et nostre Consecrationis Anno decimo Quarto.

Comissio Joh[...] Cook[...]
decani de Arch[...]
ac de Shorh[...] et
Croydon

Matheus permissione divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus //
Dilecto nobis in Christo Johanni Cooke Sacre theologie Bacallario Salutem graciam et ben'. De tuis sana doctrina //
conscientie puritate morum sinceritate industria et provida in rebus gerendis dexteritate plurimum freti. Te
decanum nostrum decanatus de Arcubus London' ac de Shorham et Croydon ecclesie nostre Cathedralis et Metropo-
litice Christi Cantuarien' iurisdictionis immediate prefatis constituimus et deputamus per presentes. Ad visitand'
igitur Ecclesias et Capellas omnes et singulas Clerumque et populum decanatus pred' prout ab antiquo visitari

fuerit ac procurationes debitas recipiend Necnon ad inquirend seu inquiri faciend de et super quibuscumque subditorum
Decanatuum predictorum criminibus excessibus et delictis quibuscumque hactenus commissis vel imposterum committend quorum
cognitio correctio et punitio ad nos et forum Ecclesiasticum de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie legibus
et Statutis ac citra tamen offensam Legum et Statutorum Regni Anglie poterunt pertinere Ipsaque et ea debite
corrigend puniend et reformand Acetiam ad cognoscend procedend statuend et diffiniend in omnibus causis
et negotiis ecclesiasticis quibuscumque in dictorum Decanatuum aut eorum alicuius Iurisdictione tam ex officio mero mixto
vel promoto quam ad quarumcumque partium instantias sive promotiones hactenus motis aut imposterum movendis et //
intentandis eisque et earum cuilibet incidentibus emergen dependen annexis et connexis quibuscumque audiend
discutiend ac quatenus Leges et statuta huius Regni Anglie permittant, et non aliter neque alio modo ac citra
tamen offensionem eorundem finiend et terminand Acetiam in omnibus casibus a iure et Statutis huius //
Regni permissis et approbatis bona quorumcumque in dictis decanatibus aut eorum aliquo decedentium Sequestrand
seu Sequestrari faciend Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcumque infra dictos decanatus
sive eorum aliquem ab hac luce decedentium migrantium sive decedentium insinuand et approband Administrationesque
bonorum quorumcumque testantium huiusmodi sive ab intestato vel per viam intestati decedentium executoribus in huiusmodi //
Testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie statutis
committi debeant committend Ac compotum calculum sive ratiocinium executorum Sequestratorum et administratorum
huiusmodi recipiend audiend et examinand et admitti petend ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori compoto sive //
ratiocinio in hac parte reddend prout iuris fuerit et equitatis absolvend et finaliter dimittend Aliumque vel
seu alios in premissis et eorum quolibet loco tuo substituend eumque et eos quoties et quando tibi videbitur ///
expedire revocand Necnon omnia et singula alia ad officium Decani huiusmodi et executionem Iurisdictionis
ecclesiastice dictorum Decanatuum spectan et pertinen Et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu //
quomodolibet oportuna (citra tamen offensionem legum et Statutorum huius Regni Anglie et non aliter neque
alio modo) faciend exercend et expediend Tibi (cum cuiuslibet coercitionis canonice exequend que in hac
parte decet vices potestate) vices nostras committimus per presentes ad beneplacitum nostrum duntaxat duratur Assumpto
tibi et substitutis tuis huiusmodi Dilecto nobis in Christo Iohanne Incent notario publico Registrario nostro primario
vel eius in hac parte Deputato in Registrarium et actorum tuorum Scribam in ea parte durante hac nostra commissione
In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambeth octavo
die mensis Iulii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Secundo

Revocatio commissionis magistro Yale officialis Curie Cant

Tertio die Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio

in Manerio de Lambeth in presentia mei Iohannis Incent notarii publici Registrarii etc. Reverendissimus in Christo
pater et dominus dominus Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus
ex certis causis eius Reverentiam specialiter moventibus literas quasdam commissionales Officialitatis curie Cant
de Arcubus London per eundem Reverendissimum prefatum venerabili viro magistro Thome Yale legum doctori
durante ipsius Reverendissimi patris beneplacito tantummodo factas et concessas Dat vicesimo quinto die mensis Octobris Anno
domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo, ad omnem Iuris effectum expresse revocavit ac pro //
revocatis haberi voluit et decrevit, eiusque beneplacitum ulterius non durare declaravit et significavit

Commissio magistri Bartholomei Clerke officialis curie Cant

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus,
Dilecto nobis in Christo magistro Bartholomeo Clerke legum Doctori Salutem graciam et benedictionem
Ad rescribend in forma iuris ad quascumque appellationes ad Curiam nostram Cantuariensem interpositas
et interponendas et ad quascumque querelas etiam de iure vel consuetudine legitime devolutas vel // //
imposterum devolvendas Necnon ad cognoscend et procedend in huiusmodi appellationum et querelarum necnon
et tuitorie appellantium negotiis quibuscumque Aliisque causis et negotiis omnibus et singulis in ipsa Curia nostra
qualitercumque modo motis pendentibus aut imposterum introducend et examinand in eadem Partibusque
huiusmodi super eisdem et aliis controversiis vel controversiis litibus plenam iustitiam iuxta iura et //
Statutorum huius Regni Anglie exigentiam faciend exhibend et ministrand Acetiam ad rescribend //
in forma iuris ad quascumque appellationes a Decano nostro de Arcubus London nostre et ecclesie nostre Christi Cantuar
Iurisdictionis immediate ad Curiam nostram interpositas et interponendas et causis appellationum huiusmodi audiend //
easque et ea omnia et singula decidend et fine debito terminand prout de iure et consuetudine dicte Curie Cant
ab antiquo usitat fuerit faciend Necnon omnia et singula alia faciend exercend et expediend que ad //
huiusmodi officialitatis officium de iure vel consuetudine noscuntur pertinere Et que necessaria vel oportuna //
fuerint in premissis aut circa ea necessaria vel oportuna fuerint etiam si mandatum exigant magis speciale //
speciale Tibi de cuius fidelitate et circumspectionis industria plurimum in domino confidimus vices nostras //
committimus cum cuiuslibet potestate quascumque censuras ecclesiasticas legitime fulminand Teque officialem Curie //
nostre Cantuariensis ordinamus deputamus et prefecimus per presentes ad nostrum beneplacitum tantummodo //
duraturum In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apposuimus Dat in Manerio nostro
de Lambeth Tertio die mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio //
Et nostre Consecrationis Anno Decimo Quarto

Iuramentum dicti officialis

Ego Bartholomeus Clerk in officio officialitatis Curie Cantuariensis de Arcubus
pro viribus meis diligenter et fideliter me habebo ac favore odio et cupiditate cuiuscumque cessantibus
depulsis penitus et omissis iustitiam plenam et parem in singulis faciam quatenus possum Ita me deus etc.

humana fragilitas patitur Jura quoque et libertates ac laudabiles ipsius curie consuetudines necnon Statuta eiusdem noua et antiqua quatenus antiqua nouis non obuiant quatenus ad me attinet obseruabo et ab aliis ministris eiusdem curie quibuscumque diligenter et fideliter faciam obseruari sic me deus adiuuet et hec sancta dei euangelia

Decimo Sexto die mensis Maij Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo Tertio in quodam alto deambulatorio infra Manerium Reuerendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione diuina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani etc apud Lambeth coram eodem Reuerendissimo patre in presentia mei Johannis Incent notarij publici Registrarij principalis dicti Reuerendissimi patris constitutus personaliter supranominatus Bartholomeus Clerke in officio [illegible] Curie Metropolitice Cantuariensis de Arcubus London per ipsum Reuerendissimum patrem [illegible] tactis et deosculatis per eum sacrosanctis dei euangelijs legit et prestitit Juramentum predictum de verbo in verbum iuxta tenorem suprascriptum

Act sive prestac dicti Juramenti

~~[illegible]~~

Mattheus diuina prouidentia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Thome Lawse Clerico artium magistro Salutem gratiam et benedictionem Cum a tempore et per tempus cuius initij siue contrarij memoria hominum non existit predecessores nostri Cantuarienses Archiepiscopi pro tempore existentes cum quibuscumque personis utriusque sexus in et per diocesim nostram Cantuariensem degentibus et commorantibus de tempore et in tempus ex legitimis causis dispensare consueuerunt ut matrimonium inter se legitime contractum et contrahendum in facie ecclesie absque ulla Bannorum matrimonialium ante diem solemnizationis eorundem matrimoniorum publicatione seu proclamatione, ac quibuscumque anni temporibus etiam a Jure positiuo prohibitis et interdictis solemnizari facere potuerunt Nos vero mentis cum quibuscumque personis utriusque sexus matrimonialiter coniungi desiderantibus ac de Jure et huius Regni Anglie Statutis coniungi non prohibitis in et per diocesim nostram Cantuariensem constitutis et commorantibus ex iustis legitimis et honestis causis tibi proponendis et per te approbandis matrimonium inter eos contractum seu contrahendum in quibuscumque locis congruis et ad id oportunis (Bannis matrimonialibus prius vna vice tantum tempore solemnizationis huiusmodi matrimonij (ut moris est) publice editis et proclamatis) Ac quibuscumque anni temporibus a Jure positiuo prohibitis (quadragesimali tempore tantummodo prohibito) rite et legitime ac libere et licite solemnizari facere possint et valeant Ac quascumque licentias et facultates licitas ac Juri et Regni legibus non repugnantes tam personis huiusmodi quam quibuscumque presbiteris et ministris idoneis huiusmodi matrimonia solemnizare volentibus Necnon omnibus alijs Christi fidelibus eisdem solemnizationibus interesse et adesse cupientibus vice et auctoritate nostra (citra tamen legum et Statutorum Regni Anglie offensionem atque curie facultatum nostre preiudicium) faciendi et concedendi Et insuper contra quascumque personas matrimonium absque bannorum matrimonialium editione vel publicatione ac contra interdictum huiusmodi solemnizare seu procurare presumentes per censuras Ecclesiasticas rite et legitime procedendi eosque et eorum quemlibet iuxta iuris exigentiam canonice puniendi et corrigendi Ceteraque omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi de cuius fidelitate et conscientie puritate plurimum confidimus vices nostras quantum de Jure possumus (et quatenus et Statuta Regni permittuntur et patiuntur et non aliter) committimus et plenam in domino concedimus potestatem presentibus ad beneplacitum nostrum tantummodo duraturis Assumpto tibi dilecto nobis in Christo Johanne Incent notario publico Registrario nostro principali vel eius deputato in Registrarium et actorum in hac parte Scribam durante hac nostra commissione Dat. in Pallatio nostro Cant. sub Sigillo nostro Septimo die mensis Octobris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio Et nostre consecrationis Anno Decimo Quarto

Comissio ad concedend licencias solemnizare matrimonij extra temp

Mattheus diuina prouidentia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Georgio Bodye literato Salutem gratiam et benedictionem Ad citandum et peremptorie monendum quoscumque executores Testamentorum quarumcumque personarum infra Ciuitates et dioceses Bristoliensem Bathoniensem et Wellensem et Exoniensem nostre Cantuariensis prouincie morientium ac bona siue Jura siue Credita in diuersis diocesibus aut peculiaribus Jurisdictionibus vite et mortis suarum tempore habentium Necnon et aliarum quarumcumque personarum qui nullo condito testamento seu ab intestato infra dictas Ciuitates et dioceses mortem obire contigerit relictas vxores aut proximos consanguineos illorum vel illos quibus de Jure et statutis huius inclyti Regni Anglie Administratio committenda est Temerariosque occupatores et detentores quorumcumque bonorum Jurium et creditorum quorumcumque infra loca predicta (ut presertim dicitur) etc. quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Curie nostre Prerogatiue Cantuariensis Custode magistro siue Commissario in ea parte quocumque certis diebus horis et locis competentibus et [illegible] locis et horis conuenientibus per te vel deputatum tuum in hac parte eis prefigendis siue assignandis Ad quos ratione premissorum et non ad alium nobis Judicem inferiorem huiusmodi Testamentorum approbatio et insinuatio ac administrationis bonorum Jurium et creditorum huiusmodi defunctorum ab intestato seu per viam intestati decedentium commissio Necnon computi calculi siue ratiocinij administrationis huiusmodi

Comissio Georgij Bodye nuncij Apparitoris Curie prerogatiue

Iudiciis finalibusque liberatio sive dimissio a eadem de Iure Prerogative privilegio et consuetudine nostris et ecclesie nostre Christi Cant hactenus quiete pacifice et inconcusse in hac parte usitatis et observatis Ac etiam prescriptis dinoscuntur pertinuisse et pertinere Testamenta huiusmodi defunctorum si que condiderint realiter exhibitum et probatum iri Ac omnes executiones eorundem sive administrationem bonorum iurium et creditorum huiusmodi decedentium prout natura et qualitas negotiorum de se exigit in se suscipiant vel refutatum alioquin de temeraria occupatione sive administratione sua in bonis iuribus et creditis dictorum defunctorum respective facta rationem reddituros Necnon plenum et fidele Inventarium bonorum iurium et creditorum huiusmodi exhibituros ac compotum calculum sive ratiocinium de et super administratione sua in bonis iuribus et creditis predictorum defunctorum factum personaliter reddituros Ceteraque faciant et recipiant que iuri in ea parte Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que ad dictum officium Apparatoris in et per respectivas Civitates et dioceses Exon Bathon et Wellen et Bristollen predict quovismodo spectant sive pertinent Tibi de cuius fidelitate in hac parte confidimus Ac omnia et singula premissa fideliter exequendum in debita iuris forma rite iuxta plenam tenorem presentium committimus potestatem Mandantes et quod in premissis feceris nos aut nostrum in hac parte commissarium sive eius Surrogatum quemcumque debite certifices. Teque Apparatorem nostrum ad fideliter exercendum premissa in et per Civitates et dioceses Exon Bathon et Wellen et Bristollen predict ac officium per dictum apparatorem nostrum generalem nobis nominatum et deputatum ordinamus deputamus et constituimus per presentes ad nostrum beneplacitum tantummodo duraturum In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat ultimo die mensis Septembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tercio Et nostre Consecr Anno Decimo Quarto

Orders concerninge thapparators
in the Prerogative Courte

orders concerninge thapparitors of the prerogative Courte

Imprimis everye Apparator frome hensforthe to be admitted shall not onlye at the tyme of his admittaunce take a corporall othe for the true and faythfull executinge of his office but also he shall enter in to bande unto the Archebusshopp or the Commissarie of the prerogative Courte to observe these articles followinge whiche shall concerne him. **That** the sayde Apparators and everye of them whoe shall by vertue of his commission or by anye speciall proces warne anye person to appeare in the sayde Courte of Prerogative shall delyver unto the sayde partie a note in writtinge conteyninge the cause the place and daye of his appearaunce whiche note shalbe a sufficient for the partie for himselfe to make his appearaunce or repayre unto the sayde Courte. **Item** that the sayde Apparators shall not presume to call anye person to make his accompte withoute the consent of the Judge of the Prerogative to thintente noe person be vexed withoute juste occasion. **Item** that the sayde Apparators shall not demaunde of anye person more then accustomed fees nor above twoe pence for the myle for anye Excommunication to be denounced accomptinge from London to the place where the partie dwelleth, nor that the sayde Apparators shall exacte of anye partye for the provinge of his Testament if he be required to doe the same in his behalf more then shalbe thought reasonable by the Judge of the Prerogative. **Item** that the sayde Apparators shall every seconde Terme at the leaste before the ende of the Terme in theire owne persones excepte theye be sicke repayre to the office and make a declaration of theire doinges and shall everye Terme by theire letters if theye come not themselves with diligence trulie certifie theire doinges to thintente a good order may be kepte therin. **Item** that the sayde Apparators having proces of Excommunication (ex officio) agaynst anye partie maye for avoydinge of excommunication staye the denunciation of the excommunication uppon promisse or other order taken with the partie to satisfie the effecte of the sayde proces the Terme followinge at the farthest, and noe longer whiche the sayde Apparator shall certifie immediatlie unto the office. And except the sayde Apparator shall receive his fees or anye parte thereof in the Countrie he shall certefie thoffice thereof to thintente the parties be not at theire comminge up to the office through there negligence and the clerkes ignoraunce doble charged. **Item** to thintent these sayde orders maye be the better observed the Register of the Prerogative for the tyme beinge shall cause one of his clerkes to kepe a speciall booke thereof wherin shalbe noted not onlye all suche proces as shall goe forthe frome the sayde office and absolutions concerninge the same but also all suche fees as shalbe receyved of the sayd officers whiche severall fees the sayde Register shall trulie answere unto the sayde officers accordinglie. And the sayde Register shall further make oute for the sayde Apparators all suche thinges as they shall require the same suche processe as they shall gyve information of, excepte uppon reasonable occasion the Judge shall not thinke it convenient.

Noverint universi per presentes nos Georgium Bodie Civitatis Wellensis yoman et Annam Bodie parochie de Aldermarie in Budgerowe Civitatis London viduam teneri et firmiter obligari Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Mattheo divina providentia Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et metropolitano in quadraginta libris legalis monete Anglie solvendis eidem Reverendissimo patri aut suo certo attornato vel successoribus aut assignatis suis ad quam quidem solutionem bene et fideliter faciendam obligamus nos et utrumque nostrum per se pro toto et in solido heredes executores et administratores nostros firmiter per presentes Sigillis nostris sigillat. Dat. decimo octavo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo Tertio Annoque Regni domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. decimo Quinto. by me George Bodie

The condytion of this obligation is suche That if the above bounden George Boddie beinge admitted to thoffice of Thapparator for the prerogative Courte of Canterburye onlie in and throughe the Cyties and Dioces of Bristowe Bathe and Welles and Excester and the exempte places of the same doe trulie and faythfullie accordinge to the tenure and effecte of a Commission to him in that behalfe made bearinge date the laste daye of September In the yere of our Lorde god A thowsande fyvehundred threescore and Thirtene And also accordinge to the tenure of a Schedule to these presentes annexed And doe not exacte receyve or take or cause to be exacted receyved or taken anie other or more some or somes of monie or fees of anie person or persons for the execution of his office of Apparatorshipp or for anie matter or cause tochinge or concerninge the same office other then suche fees and in suche order onlye as is mentioned and described in the sayd Schedule to these presentes annexed. And doe also performe and accomplishe or cause to be performed and accomplished all and everie thinge and thinges mentioned and expressed in the sayde Schedule to these presentes annexed Justlie and trulie in and by all thinges accordinge to the tenure and effecte of the same Schedule without fraude or Guyle. That then this present obligation to be voyde and of none effecte or els the same to stande and abyde in full power strengthe and vertue.

Anna Bodye sigillavit et deliberavit in presentia Willelmi Bodie Willelmi Cotton et mei Thome Redman. Georgius Bodie sigillavit et deliberavit in presentia Thome Blackmore notarii publici et mei Thome Redman.

Mattheus divina providentia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo David Chekepeny Clerico Cicestrensis Diocesis et nostre Cantuariensis provincie Salutem Gratiam et Benedictionem. Cum subditorum nostrorum Diocesis et provincie nostre Cant. non modo appellationibus, sed etiam querelis oportuna remedia providere de Jure utrimque prescripta consuetudine ac dignitate et prerogativa ecclesie nostre Christi et Metropolitice Cant. possimus atque teneamur. Cumque etiam parochiani vicarie ecclesie de Brighthelmstone Cicestrensis Diocesis nostreque Cant. provincie nuper capellanum de congruo sibi providere Curato qui se absente vel aliàs legitime impedito curam animarum sibi commissam in ecclesia sua parochiali de Brighthelmston exerceat, ex nonnullis sibi ut accepimus illatis iniuriis atque molestiis impediatur. Nos itaque ea qua semper et ubique infra nostram Cant. provinciam possimus auctoritate sed rara et non nisi gravissima causa urgente utimur manifesta possidentes Tibi de cuius sana doctrina morum integritate et fidelitate plurimum confidimus et fide digno testimonio informamur ad peragendum officium Curati ecclesie parochialis de Brighthelmstone predicte in precibus communibus et aliis que ministeriis ecclesiasticis ad officium presbiteri pertinent iuxta formam descriptam in libro publicarum precum auctoritate parliamenti huius Regni Anglie edit. et stabilit. ac iniunctiones regias in ea parte publicat. et non aliter neque alio modo licentiam auctoritatem et facultatem in domino concedimus et impartimur ac te ad suprascripta peragenda ordinamus et constituimus per presentes ad beneplacitum nostrum duntaxat duraturas. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. tricesimo die mensis Septembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio Et nostre consecrationis Anno decimo Quarto.

Licentia peragendi officium Curati

Mattheus divina providentia Cant. Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Magistro Bartholomeo Clerk legum doctori Curie nostre metropolitice Cantuar. de Arcubus London officiali aut alii cuicumque eiusdem Curie nostre presidenti cuicumque Salutem gratiam et benedictionem. Literarum scientia probitas morum honestas multaque alia virtutum dona quibus altissimus virum Willelmum Clerke legum

Commissio ad admittendum Willelmum Clerke in Advocatum Curie Ca

Doctorem haud vulgariter insigniunt Nos merito inducunt ut personam eius singulari studio et favore benevolo prosequamur. Hinc est quod nos eundem magistrum Willelmum Clerk, meritis meritorum suorum quandam in numerum advocatorum Curie nostre Cantuariensis predicte admittend et aggregand non gravamur dispensand igitur cum eodem magistro Willelmo Clerke in forma Curie nostre predicte solita et consueta ut in numerum et collegium advocatorum Curie nostre Cant. predicte sub hac tamen lege et conditione // quod stet non exercens in eadem Curia durante beneplacito nostro admitti et in eadem patrocinari valeat Ipsumque advocatum Curie nostre predicte admittend et in numerum advocatorum Curie predicte aggregand tibi vices nostras tenore presentium vices nostras committimus ac specialem largimur facultatem Statutis et ordinationibus eiusdem Curie nostre in contrarium editis non obstantibus quibuscumque In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat. in Manerio nostro de Lambeth vicesimo tertio die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio Et nostre Consecrationis Anno Decimo Quarto

Similis commissio Thome Creke

Emanavit similis commissio pro Thome Creke legum doctori etc. Sub dat. vicesimo octavo die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio

similis commissio Nicholao Steward

Emanavit similis commissio Nicholao Steward Iuris inceptori sub dat. vicesimo Septimo die mensis Octobris. Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio

Breve regium de certiorando de hospitali de Estbridge

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Mattheo miseratione divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano Salutem Cum per quendam actum parliamenti in sessione parliamenti apud Westm. inchoat. vicesimo tertio die Januarij Anno Regni nostri primo, ac ibidem prorogat. usque vicesimum quintum diem eiusdem mensis adtunc et ibidem tent. et continuat. usque dissolutionem eiusdem tent. octavo die Maij // tunc prox. sequen. pro restitutione primitiarum et decimarum inter alia imperiali Corone nostre Anglie edit. et provisum fuit inter alia quod actus ille aut aliquod in eo contentum aliquo modo non extenderit ad // onerand. aliquod hospitale fundatum et dotatum et possessiones inde in relevamen pauperum exposit. // sive possessiones aut revenciones inde cum solutione aliquarum decimarum sive primorum fructuum aliquo // in eodem actu intitulat. in contrarium aliquo modo non obstan. Volentes certis de causis quod Barones // de Scaccario nostro per vos certioretur de erectione et fundatione hospitalis de Estbridge in Civitate nostra Cant. aut utrum idem hospitale fundat. et dotatum fuit et possessiones inde ad et ante vicesimum tertium diem Januarij dicto anno Regni nostri primo ad et pro relevamine pauperum vel scholarium impendebantur ac etiam quot et qui pauperes in eodem hospitali per vicesimo quarto die Januarij dicto Anno Regni nostri primo sustentabantur et impresentiarum sustentantur Vobis mandamus quod diligenti inquisitione scrutatis registris et aliis archivis vestris necnon omnibus aliis viis mediis et modis quibus melius sciveritis aut poteritis quicquid inde inveneritis prefat. Baronibus nostris apud Westmonasterium in // quindena Sancte Trinitatis proxime future distincte luculenter et aperte sub sigillo vestro autentico in pargameno fideliter script. certiores reddat. una cum presentibus Teste Edwardo Saunders milite apud Westmonasterium decimo Septimo die Aprilis Anno Regni nostri Quinto decimo

Godfrey

Certificatorium de dicto hospitali

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarij Illustrissime in Christo // principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. et eius Curie thesaurario ceterisque in eadem a consiliis. Mattheus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Vobis iuxta tenorem brevis domine Regine presentibus annexi tenore serie significamus et innotescimus quod scrutatis diligenter de mandato nostro Registris et Archivis nostris fideliter custoditis comperimus et luculenter invenimus quod Thomas Beckett olim Cantuariensis Archiepiscopus primam fundationem et erectionem hospitalis de Estbridge Civitatis Cant. pro receptione et sustentatione pauperum peregrinantium et Cantuariam confluentium instituit et ordinavit Et quod postea Johannes Stratforde olim Cantuariensis Archiepiscopus super dispositione bonorum dicti hospitalis ordinationem quandam inter alia fecit in scriptis gerent. dat. vicesimo tertio die // mensis Septembris Anno domini Millesimo Trecentesimo quadragesimo Secundo et in dicta ordinat. inter alia ordinavit et statuit prout sequitur Inprimis quod in dicto hospitali essent duodecim lecti.

competentem tunc pertinentem pro receptione pauperum et precipue peregrinantium et illuc confluentium tam sanorum quam valetudinariorum perpetuo consistentes et quod de et ex bonis dicti hospitalis iuxta estimationem quatuor denariorum pro numero singulorum dierum in Anno in usus pauperum huiusmodi necessarios vitequ subsidia quotidie ibidem impenderentur Et etiam quod in dicto hospitali esset perpetuo mulier quedam etatis quadraginta annorum vel supra que de bonis eiusdem hospitalis in singulis vite sue necessarijs victum et amictum haberet competentem Curibusque lectis et pauperibus ministratura semper intenderet Que omnia et singula eodem Anno primo dicte nuper Regine nostre eiusdem domine Regine presentibus annis mentionat. antea et citra post dictam ordinationem dni Johannis Stratford in et usque vicesimum diem Maij Anno dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Nono per Singulos Annos fideliter perimpleta observata et custodita fuerunt De nominibus vero et cognominibus dictorum pauperum et quanta fuerit eorum multitudo in quorum usus eodem Anno Summa predict. expendebatur quomodo et per quos liberentur vel in Registro custodirentur eorum noia nulla fundatione seu ordinatione eiusdem hospitalis cautum erat certiores vos reddere non possumus Et quia dictus Johannes Stratford Archiepus Cantuariensis predict. plenariam potestatem sibi et Successoribus suis Archiepis Cantuariensibus reservaverit sue ordinationi et effectui huiusmodi addendi detrahendi et mutandi et corrigendi prout melius videretur expedire Nos Matheus Archiepus Cantuariensis ex certis causis rationabilibus animum nrum moventibus de et super dispositione bonorum dicti hospitalis in posterum fiend ordinationem quandam gerentem dat. vicesimo die Maij Anno dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Nono Sigilloque nro et Sigillo Decani et Capituli ecclie nre Christi Cant. communit. firmavimus et constituimus prout sequitur viz quod tempore pacis singulis diebus veneris cuiuslibet Anni triginta pauperibus infra Civitatem Cant. habitan. de et ex bonis eiusdem hospitalis triginta erogentur Denarij, et quod in eodem hospitali sint duodecim lecti competentes cum suis extremis consistentes ad usum pauperum militum illuc tempore belli confluentium in quorum usus dicto tempore belli iuxta estimationem quatuor denariorum pro qualibet Anni die de et ex predicta summa Triginta denariorum et eandem distribuere tempore belli cessante sive sint sani sive sint valetudinarij exponatur Et quod viginti pauperes super etatem septem Annorum et infra etatem octodecim annorum in eodem hospitali ad legendum cantandum et scribendum gratis erudiantur Et ulterius quod ex redditibus dicti hospitalis solvatur quotannis ad sustentationem duorum Scolasticorum in Collegio corporis Christi et bte Marie in Cantabrigia Summa Sex librarum Tresdecem solidorum et quatuor denariorum Que omnia et singula denarium alijs in dicta ordinatione content. et specificata dicti hospitalis remanentia extunc prout exnunc et exnunc prout extunc fideliter perimpleri et observari fieri et sint In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium presentibus literis Sigillum nrum apponi fecimus Dat. nono die mensis Novembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio Et nre Consecr. Anno Decimo Quarto

Lre dimissor pro Roberto Ansfelde

Matheus miseratione diuina Cant. Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Roberto Ansfelde Artium mro Clerico dioc. nre Cant. promovendo Salutem Gratiam et ben. Ut a quocumque Epo Catholico officij sui executionem obtinen ad omnes sacros Diaconatus et presbiteratus ordines iuxta morem et ritum ecclie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit. et ordinat. licite valeas promoveri Dummodo morum honestatem habueris et in artibus illiberalibus educatus non fueris, Ac etiam literarum sacrarum scientia idoneus inveniaris super quibus ordinantis conscientiam districte oneramus aliquoque canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum Licentiam et facultatem ut tam cuicumque Catholico Epo huiusmodi ordines conferendi quam tibi eosdem recipiend. benigne concedimus et impartimur per presentes In Cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat. in Manerio nro de Lambeth vicesimo Quarto die mensis Novembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio Et nre Consecr. Anno decimo quarto

Nono Januarij Anno dni Millmo Quingentmo Septuagemo Tertio Emanavit similis Licentia Ricardo Plesaunce Norwicen Dioces.

Emanavit similis
Lra pro Plesaunce

Commissio ad admitt
magrum Matthew
Carowe in Advo
Curie Cant

Matheus permissione diuina Cant. Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo mro Bartholomeo Clerk legum doctori Curie nre Metropolitice Cant. de Arcubus London. Officiali aut alij eiusdem Curie nre presidi cuicumque Salutem gratiam et ben. Literarum scientia vite probitas morum honestas multaque alia virtutum dona quibus altissimus mrm Matheum Carewe legum doctorem haud vulgariter insigniuit nos merito movent et inducunt ut personam ipsius singulari studio et favore benevolo prosequamur Hinc est quod nos eundem magistrum Mattheum Carewe intuitu meritorum suorum hujusmodi in numerum advocatorum curie nostre Cant. predicte admittend et aggregand non gravamur Ad dispensandum igitur cum eodem magistro Mattheo Carewe in forma curie nostre predicte solita et consueta Ut in numerum collegum advocatorum exercentium dicte curie nostre admitti et in eadem durante beneplacito nostro tantum et non aliter patrocinari valeat Ipsumque Advocatum curie nostre predicte admittend et in numerum advocatorum exercentium curie nostre predicte sub modo et forma prerecitatis et non aliter aggregand Tibi vices nostras tenore presentium committimus ac specialem elargimur facultatem Statutis et ordinationibus curie nostre in contrarium editis non obstantibus quibuscumque In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat. in Manerio nostro de Lambeth ultimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio Et nostre consecrationis Anno decimo Quarto

Lre Dimissor Mattheo Heyton

nri custodiam vobis committimus et dimisimus Committimusque per pntes **Ad Publicand** igitur
huiusmodi sequestrum nrm sic per Nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in hac parte
necnon Ad Colligend Levand et percipiend omnes et singulos fructus redditus proventus
decimas oblaciones comoditates exitus et proficua ac cetera Jura ecclesiastica quecumque
Ad dcam Rectoriam sive Ecclesiam parochialem quovismodo spectan et ptinen Eadque et ea
sic Collect Levat et percept iusto precio Alienand et vendicioni exponend Atque de collect
Levatis et perceptis huiusmodi Cure dicte Eccle parochialis in divinis officijs et alijs requisit
debite deserviri Ac omnia onera eidem Eccle incumbentia supportari faciend et causand
Necnon de et Collectis et Receptis huiusmodi dcam Septuagint Librar virtute brevis regij huiusmodi
mencionat Ad usum proprium dicti Elisei Levand convertend et applicand Ac de receptis sic
Collect Levat et percept fidelem Compotum sive raciocinium cum ad hoc congrue fueritis
requisit iuste reddend et faciend **Ceteraque** omnia et singula alia faciend exercend et
expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisit et que tenor brevis
regij predict de se exigit et requirit **Vobis** committimus et dimisimus vices et auctoritatem nostras
committimusque per pntes **In cuius rei** testimonium Sigillum nrm pntibus apponi fecimus
Dat in Manerio nro de Lambhith decimo nono die mensis Augusti Anno dni 1574

Sequestratio fructuum ecclie de Vlcombe ... Breve regium a Cancell pro non solucione debiti

Decimoquinto die mensis Septembris Anno dni Millesimo quingentesimo Septuagesimo
quarto dnus admisit Christoferum dix clericum ad Ecclesiam parochialem bte Marie Bothawe civitatis
London decanatus de Arches London per libera et spontanea resignacionem Roberti
Clerke clerici ultimi Incumbentis ibm iam vacan Ad quam per Magrum Thomam Godwyn
sacre Theologie professorem decanum Eccle Cathedralis Metropolitice Xpi Cantuar et
eiusdem Ecclesie Capitulum eiusdem Eccle parochialis veros et indubitatos ut dicitur patronos
dno pntatus extitit Ipmque Rectorem eiusdem Instituit etc cum suis Juribus et ptinen universis
Curam et Regimen aiar etc ei in dno comisit Juribus Archiepalibus etc in oibus semper salvis
Ac recept per eum Juramento Cao obediencie etc Ac de renunciand omni foranee ptati Ac de
recognoscend Regiam supremam ptatem etc iuxta formam Statuti etc Et scriptum fuit universis
et singulis ad inducend

Bte Marie Bothaw Civitatis London etc xx lib
Institucio

xviij° die mensis Septembris Anno dni 1574 dnus admisit Georgium Smithe clericum
Magrum Ad vicaria perpetua Eccle parochialis de Nova Romney Cantuar Dioc per
mortem naturale ultimi Incumbentis ibm iam vacan Ad quam per Robertum Hovenden
custodem et socios Collegij aiar oim fidelium defunctorum de Oxon dce vicarie veros et indubitatos ut dicitur patronos dno pntat existit Ipmque
vicarium perpetuum eiusdem instituit cum suis Juribus et ptinen universis Curam et regimen
aiar etc ei in dno comisit Juribus Archiepalibus etc in oibus semper salvis Ac recept per eundem
Georgium Smithe Juramt Cai obie etc Ac de renunciand omni foranee ptati etc Ac de recognoscend
regiam supremam ptatem etc iuxta forma Statuti etc Ac de continue et psonalr
residend in eadem vicaria perpetua Et Scriptum fuit Comissio Civit Cantuar ad inducend etc

Nove Romney vicarie ppe
Institucio

Sci Jacobi ville dovorr Cant diocesis Ecclia
Collatio

xxv die Mensis Septembris Anno dni 1574 Reverendissimus pater contulit Willmo Watts Clico Ecclesiam parochialem Sci Jacobi in villa de Dover Cantuar dioc iam ultimo vacan et ad Collationem dci Reverendissimi pris pleno iure spectan ipumqz Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit etc cum suis iuribus et ptinen etc Curam et regimen aiarum parochianorum eiusdem sibi in dno committit ac prestit per eum iuramento Ca^o obie etc et de renunciando omni forance ptati etc Scriptum fuit Commissio Civitatis Cantuar ad inducend etc

Presentatio ad vicariam de Horsham Cicestren dioc

Mattheus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus verus et indubitatus Patronus vicarie perpetue Ecclie parochialis de Horsham Cicestren dioc venerabili Confratri nro Dno Richardo permissione divina Cicestren Epo vel eius vicario in spualibus generali officiali principali sive Commissario cuicunqz Salutem et fraternam in dno Charitatem Ad vicariam perpetuam Ecclie parochialis de Horsham pdict per mortem naturalem Ric Besson Clici ultimi et immediati vicarii et incumbentis in eadem iam vacantem et ad nram presentationem pleno iure spectantem dilectum nobis in Xpo Mattheum Allen Clicum Capellanum nrm domesticum fraternitati vre has serie presentamus obnixe rogantes quatenus eundem Mattheum Allen ad dictam vicariam perpetuam admittere ipumqz vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituere canonice et investire cum suis iuribus et pertinentiis universis Ceteraqz peragere et perimplere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali velitis cum favore **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm presentibus apponi fecimus **Dat** in Manerio nro de Lambehith ultimo die mensis Septembris Anno dni Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto et nre Consecr Ao Decimo quinto.

Shadoxhurst Cant dioc Ecclie parochialis
Institutio

Septimo die Mensis Octobris Anno dni Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto dnus admisit Willmum Harewarde Clicum ad Ecclesiam parochialem de Shadoxhurst Cant dioc iam ultimo vacantem ad quam per Serenissimam in Xpo principem et dnam nram dnam Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc ipius Ecclie parochialis veram et indubitatam et dictam patronam dno presentatus extitit Ipumqz Rectorem eiusdem etc instituit etc cum suis iuribus et ptinen universis Curam et regimen aiarum etc ei in dno committit Iuribus Archiepalibus etc in oibz semper salvis ac recept ab eodem Willmo iuramento Ca^o obie etc ac de renunciando omni forance ptati ac de recognoscendo regiam supremam ptatem etc iuxta formam Statuti etc Scriptum fuit Archino Cant seu eius officiali ad inducend etc

Sci Georgii Civitat Cant Ecclie parochialis
Institutio

xvto die mensis Octobris Anno dni Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto dns admisit Marcum Saunders ad Ecclesiam parochialem Sci Georgii Civit dioc Cant predict per mortem natur Willmi Swetinge ultimi incumbentis in eadem iam vacan ad quam per venerabilem virum Thomam Godwin decanum Ecclie Cathedralis et Metropoliticae Xpi Cantuar et eiusdem Ecclie Capitulum ipius Ecclie parochialis ver et indubitat et dictam patron dno presentatus extitit Ipumqz Rectorem eiusdem instituit etc cum suis iuribus et ptinen universis Curam et regimen aiarum etc ei in dno committit Iuribus Archiepalibus etc in oibus semper salvis ac recept ab eodem Marco Saunders iuramento Ca^o obedientie etc ac de recognoscend regiam supremam ptatem etc et de renunciand cuicunqz forance ptati etc iuxta formam Statuti etc Scriptum fuit Archino Cantuar seu eius officiali ad inducend etc

Sequestratio fructuum Ecclie poalis Sci Dionisii Backchurch Civit London

Mattheus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in Xpo Johanni Maye parochiano Sci Dionisii Backchurche Civit London Salutem in dno sempiternam **Cum** uti ex fidedigna relatione accepimus Ecclia parochialis Sci Dionisii Civit London predict ac decanatus de Arcubz London et Ecclie Xpi Cant Iurisdictionis immediate per mortem naturalem Johis Cromeclerke ultimi Rectoris et incumbentis in eadem vacua existit ac Rectore adonde destituta cuius pretextu dicta Ecclia in divinis officiis penitus inofficiata existit prout etiam de verisimili erit in futurum nisi de celeri remedio in hac parte congruo provideatur Nos igitur volentes huiusmodi convenientibz oculis prospicere [illegible] pro officii nri quatenus in nobis est subvenire volentes omnes et singulos fructus decimas reddit proventus obventiones ceteraqz emolumenta commoditates ad quascunqz ad dictam Ecclesiam parochialem quomodolibet spectan et ptinen ex officio nro duximus sequestrand et tenore sequestri cura custodiam tibi committend iusticia sic exigen prout etiam sic sequestrauimus et tibi committimus per pntes **Ad publicand** igitur hmoi Sequestracionem sic per nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in hac parte Necnon Ad colligend levand et percipiend omnes et singulos fructus decimas obvenciones comoditates et Emolumenta Ecclesiastica quecumque ad dictam Ecclesiam pochiale quoquo modo spectan et pertinen Eas et eas sic collect levata percept sub salvo et tuto Sequestro Custodiend et consignand ac que temporis mora de verosimili futura sint deteriora iusto precio alienand et vendicioni exponend Atque de collectis levatis perceptis hmoi Curam dicte Ecclie parochialis in divinis officiis et aliis requisitis debite deserviri Ac omnia onera eidem ecclie incumbencia supportari faciend et curand Ac de residuo sic collect levat et percept fidelem Computum sive racionem cum ad hoc congrue fueris requisit iusto reddend et faciend **Ceteraque** oia et singula faciend gerend et expediend que in hac parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibet requisit **Tibi** vices et auctoritatem nras committimus per pntes tantisper duratur quoad eas duxerimus revocand **Dat** sub Sigillo officii Commissarii peculiar Iurisdiction ecclie xpi Cantuar xijo die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto

Comissio ad conferend ecclesiam de Bredicot Wigorn dioc vacant lapsum temporis

Mattheus divina providencia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilco** nobis in Xpo Magro Johanni Langforde Legum doctori venerabilis confris nri dni Nicholai permissione divina Wigorn Epi Vicario in spualibus generali Salutem graciam et ben **Cum** ~~ex~~ ex fidedigna relacione acceperimus Ecclesiam parochialem de Bredicote Wigorn dioc tanto tempore de iure vacasse et vacare in pnti ita qd de iure Collacio et dispositio eiusdem ecclie pro hac vice ad Nos racione lapsus temporis sit devoluta Nos igitur eandem ecclesiam parochialem de Bredicote sic vacantem dilco nobis in Xpo Willmo ffonds clerico intuitu charitatis duximus conferend **Ad** conferend igitur vice et auctoritate nris eidem Willmo ffonds Ecclesiam parochialem de Bredicote predictam modo premisso vacantem et ad nram Collacionem et disponem racione Lapsus temporis ut pfertur hac vice spectan Ipmque Willmum ffonds ad eandem Ecclesiam parochialem admittend et in eadem cum suis Iuribus et ptinen universis rite et Canonice instituend Curamque et regimen aiar parochianorum ibm eidem Willmo in dno committend Necnon Iuramentum tam de Canonica obediencia nobis et Successoribus nris et loci ordinario pro tempore existen prestand et exhibend Ac de agnoscend supremam ptatem regiam in causis ecclesiasticis et temporalibus et de renunciand refutand et recusand omni et omnimod Iurisdiccione auctem et superioritatem forensibus iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius regni Anglie in ea parte edit et provis quam etiam quodcumque aliud Iuramentum licitum et honestum ac de iure legibus et Statutis huius regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum ab eodem Willmo ffonds vice et auctoritate nris recipiend et admittend Necnon eundem Willmum ffonds articulis de quibus in Sinodo londonien de assensu Archiepor Epor et Cleri utriusque provincie Cant et Eboracen consensum est Anno dni iuxta Computacionem Ecclie Anglicane Millesimo quingentesimo Septuagesimo Secundo ad tollendam opinionum varietatem et confirmandam veram uniformem pro religione regia auctoritate et assensu publicat manu sua propria in tua presentia subscribere et assensum suum eis prebere vice et auctoritate nris videnda literasque testimoniales eidem Willmo desuper faciend **Ceteraque** omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna **Tibi** de cuius sana doctrina fidelitate et conscientie puritate in hiis et aliis plurimum confidimus vices nras committimus Et plenam in dno ad premissa tenore pntium Concedimus ptatem Volentes qd de omni eo quod in premissis feceritis Nos aut Vicarium nrm in Spualibz generalem circa quintum diem mensis Novembris prox futur sub forma autentica certiorem facere curetis prout decet **In cuius rei testimonium** pro Curia Audiencie nre Cant presentibus apponi fecimus **Dat** in Manerio nro de Lambhith decimo sexto die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto Et nre Cont Anno decimo quinto et nre Consecrationis Anno decimo quinto

Johes Incent Registrarius

Hernehill vicarie Collatio

Vicesimo quarto die mensis Octobris Anno dni 1574 Rmus contulit Willmo Arworth clerico vicariam perpetuam ecclie parochialis de Hernehill Cant dioc etc.

Certificatorium super executione dicte Commissionis

Reuerendissimo in Christo patri ac domino domino Mattheo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano vestrove vicario in spiritualibus generali Vester humilis et vester devotus Johannes Langford legum doctor Reverendi in Christo patris et domini domini Nicholai permissione divina Wigorn Episcopi vicarius in spiritualibus generalis reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore Literas vestras Commissionales reverendissimas presentibus annexas per Thomam [illegible] Notarium publicum nobis presentatas et exhibitas xxi° die mensis instantis octobris cum omni qua decuit reverentia recepimus exequendas Quarum siquidem literarum vestrarum Commissionalium vigore [illegible] et auctoritate Nos Johannes Langforde legum doctor vicarius generalis antedictus iudicialiter et pro tribunali in domo solite habitationis nostre in parochia divi Heleni Civitatis et diocesis Wigorn sedentes in presentia Willelmi Warmstry Notarii publici Registrarii dicti Reverendi patris principalis [illegible] per Nos literis vestris Commissionalibus Reverendissimis antedictis omni executione earundem in nos suscepimus atque procedendum fore iuxta omnem vim formam effectum atque tenorem earundem decrevimus et incontinenter tunc ibidem Willelmum ffonde in dictis reverendissimis literis vestris nominatum [illegible] personalem ad Ecclesiam parochialem de Bredicote in eisdem literis vestris contentam Admisimus dictique eandem Ecclesiam parochialem [illegible] atque ipsum Willelmum ffonde Rectorem in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis rite et canonice instituimus Curamque et regimen animarum parochianorum ibidem eidem in domino Commisimus ac Iuramenta in premissis literis Reverendissimis Commissionalibus specificatis ab eodem Willelmo ffonde in omnibus et per omnia tactis personaliter per eum et deosculatis sacrosanctis dei Scripturis prout in dictis literis vestris Reverendissimis inscribitur recepimus articulis de quibus in antefatis literis Reverendissimis vestris Commissionalibus fit mentio idem Willelmus ffonde manu sua propria nostra in presentia subscripsit prout in pede dictorum Articulorum presentibus etiam annexis liquide constat eisdemque assensum eisdem articulis tunc ibidem prebuit Et sic literas vestras Commissionales huiusmodi presentibus etiam annexas debite et humiliter iuxta omnem formam et effectum atque tenorem earundem sumus executi Que omnia et singula prefate paternitati vestre Reverendissime vestrove vicario in spiritualibus generali innotescimus atque eadem Certificamus per presentes In quorum fidem et testimonium presentium Sigillum quo in huiusmodi vicariatus officio utimur presentibus Apponi fecimus Dat Wigorn quoad appensionem dicti Sigilli nostri vicesimo septimo antescripti mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto

Bredicote Wigorn dioc' Ecclesie parochialis Collatio

Mattheus etc. dilecto Nobis in Christo Willelmo ffonde Clerico Salutem graciam et benedictionem Ecclesiam parochialem de Bredicote Wigorn dioc' nostre Cantuar provincie modo vacantem et ad nostram Collationem de iure ad nos rite devolutam ratione lapsus temporis hac vice spectantem Tibi charitatis intuitu Conferimus Teque primitus non solum de licita et canonica obedientia nobis et Successoribus nostris ac loci ordinario pro tempore existenti debita de renunciando recusando et refutando omnem et omnimodam potestatem auctoritatem Iurisdictionem et superioritates forinsecas ac de recognoscendo regiam supremam potestatem in causis Ecclesiasticis ac temporalibus iuxta et secundum vim formam et effectum Statuti parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte editi et provisi ad sancta dei Evangelia rite Iuratum Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituimus et investimus cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curam animarum parochianorum ibidem Tibi in domino committendo et committimus Iuribus nostris Archiepiscopalibus et Ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar Necnon Ecclesie Cathedralis Wigorn dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus Apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith xiij° die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto et nostre Consecrationis Anno decimo quinto

Unio vicariarum de Gravenye et Hernehill durante vita incumbentis

Mattheus providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus vicariarum perpetuarum de Gravenye et Hernehill nostre Cantuar dioc' et Iurisdictionis nostre immediate pleno iure Patronus et ordinarius dilecto Nobis in Christo Willelmo Ackworth Clerico Salutem graciam et benedictionem Cum Nos alias vicarias perpetuas de Gravenye et Hernehill predictas tam propter earum vicinitatem ut pote duobus millibus passibus a se invicem distantes cum propter fructuum et emolumentorum Ecclesiasticorum in eisdem exilitatem et sterilitatem ut vix ad unius Incumbentis congruam portionem et sustentationem suffecerint aliisque causis [illegible]

animum nostrum ad id moventibus matura deliberatione causeque cognitione prehabita, que principaliter concernend
coniungendas et uniendas decrevimus, prout etiam sic coniunximus, connectimus et univimus ac per
presentes (durante solummodo incumbentia tua ibidem tempore et non aliter neque alio modo) connectimus,
coniungimus et unimus. Ita quod tu prefatus vicarius de Graveney et Hernehill unius tantummodo
beneficii nomine quamdiu vixeris retinere fructusque redditus et proventus utriusque vicarie predicte
(debitis earundem supportatis oneribus) in tuos usus et utilitatem convertere et applicare libere
et licite valeas et possis, auctoritate qua fungimur in hac parte tecum graciose dispensamus per presentes.
Easdem igitur vicarias perpetuas de Graveney et Hernehill sic unitas connexas et simul coniunctas
intuitu charitatis tibi conferimus, teque prestito non solum de licita et canonica obedientia nobis nostrisque
successoribus nostris in omnibus licitis et honestis mandatis per te prestanda et exhibenda ac de continua
et personali residendo in eisdem vicariis perpetuis iuxta constitutiones in ea parte editas et provisas
verum etiam de renuncianda refutanda et recusanda omni et omnimoda iurisdictione potestate auctoritate et
superioritate forinsecas, ac de recognoscenda regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus
iuxta et secundum vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte
editi et provisi ad sancta dei Evangelia rite iurato, necnon articulis de quibus in Sinodo Londoniensi
communi assensu Archiepiscoporum Episcoporum et Cleri utriusque Provincie Cantuariensis et Eboracensis
consensum est Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo
secundo ad tollendam opinionum varietatem et confirmandam veram uniformam Christiane Religionem
regia auctoritate et assensu publicatis manu tua propria in presentia nostra subscribentem vicarium
perpetuum earundem ac in et de eisdem vicariis de Graveney et Hernehill instituimus canonice et
investimus cum suis iuribus et pertinentiis universis, curam et regimen animarum parochianorum ibidem
tibi in domino committen et committimus, iuribus nostris archiepiscopalibus et ecclesie nostre Cathedralis
et Metropolitice Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus semper salvis. **In cuius
rei testimonium** etc. **Dat** in Manerio nostro de Lambhithe vicesimo quarto die mensis
Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto et nostre consecrationis Anno decimo quinto

Decimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto Reverendissimus
pater contulit Georgio Basset clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Boughton
subtus Bleane Cantuariensis dioc per resignationem Roberti Compton clerici ultimi vicarii et
incumbentis in eadem iam vacantem et ad collationem dicti Reverendissimi patris pleno iure spectantem ipsumque
vicarium perpetuum eiusdem instituit cum suis iuribus et pertinentiis universis curamque et regimen animarum
parochianorum ibidem sibi in domino commisit Ac prestitit per eum iuramento de canonica obedientia ac de renuncianda
omni forinseca potestati ac de recognoscenda etc necnon de continua et personali residendo etc scriptum
fuit Commissario civitatis et dioc Cantuariensis ad inducendum etc

Boughton vicarie perpetue
ecclesie parochialis etc
Collatio

Eisdem die et Anno dominus admisit Johannem Turner clericum ad vicariam perpetuam ecclesie
parochialis de Dodington Cantuariensis dioc per mortem naturalem ultimi incumbentis in eadem
iam vacantem ad quam per Reverendum in Christo Patrem et dominum dominum Edmundum permissione divina
Roffensem Episcopum ac Archidiaconum Cantuariensem eiusdem vicarie perpetue verum et indubitatum
patronum dicto presentatus extitit ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit etc
cum suis iuribus et pertinentiis universis curam et regimen animarum etc ei in domino commisit iuribus etc
archiepiscopalibus etc in omnibus semper salvis Ac recepto per eundem Johannem Turner iuramento
canonice obedientie ac de renuncianda omni forinseca potestati etc ac de recognoscenda regia suprema potestate
iuxta formam statuti parliamenti etc ac de continua et personali residendo in eadem vicaria
perpetua etc scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi ad inducendum etc

Dodington Cant dioc
vicarie perpetue ecclesie parochialis
Institutio

Tercio die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto Reverendissimus
pater ex certis causis etc sequestravit omnes et singulos fructus decimas etc ecclesie
parochialis Sancti Michaelis in Pater noster Roo alias Sancti Michaelis in Riola civitatis London
per mortem naturalem Willelmi Grymesdiche clerici ultimi et immediati Rectoris et incumbentis
in eadem Et commisit custodiam eorundem Thome Lowen et Roberto Chenye gardianis
dicte parochie etc ad beneplacitum Reverendissimi duraturum

Sequestratio fructuum ecclesie
parochialis Sancti Michaelis
in pater noster ~~Roo~~ alias Sancti
Michaelis in Riola civitatis
London

xviij die mensis Decembris Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto dominus
admisit Mattheum Boorne clericum ad Rectoriam ecclesie parochialis de Brooke dioc Cantuariensis

Brooke Cant dioc ecclesie
parochialis
Institutio

dioc per mortem naturalem Georgii Mugglesworthe cler ultimi incumbentis ibm iam vacan ad quam p
Thomam Godwin decanum Eccle Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar et Capitulum eiusdem
Capitulum ipius Eccle parochialis veros et indubitatos vicarie Patronos dno presentatus extitit ac
ipm vicarium eiusdem instituit et investivit in eadem cum suis iuribus et pertinen universis Curam et Regimen anim
ac eum in dno commisit Iuribus Archiepalibus ac in omnibus semper salvis Ac recepto prius Iuramento
ca obed ac de renunciando omni forance ptati ac etiam de recognoscenda regia suprema ptate
ac iuxta formam Statuti Parliamenti ac Scriptum fuit Archno Cant seu eius officiali ad
inducend &c

Betrisden vicarie pre Collatio

VIII die mensis Ianuarii Anno dni iuxta computaconem Eccle Anglicane Millimo quingentmi
sexagesimo quarto Reverendissimus Pater Contulit Nicho Asten Cler vicariam
perpetuam Eccle parochialis de Betrisden sue Cantuar dioc per liberam et spontaneam
resignaconem Andree Dowle Cler ultimi vicarii et incumbentis in eadem iam vacan et
ad collaconem dci Reverendissimi Pris pleno iure spectan Ipmque vicarium perpetuum
eiusdem instituit cum suis iuribus et ptinen universis Curam et Regimen animarum parochianorum
ibm sibi in dno commisit Ac prestit per eum Iuramento Can obediencie ac de renunciando et
refutando omnem et omnimodam Iurisdictionem et ptatem forinsecas ac etiam de continua et psonali residentia
ac Scriptum fuit Archno Cant seu eius officiali ad inducend &c

Citatio contra Ricardum Huggart clericum pretensum de fframinghm Norwic dioc auctte brevis regii

Mattheus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus
universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque per provinciam nram Cantuar ubilibet
constitut Salutem in dno sempiternam **Bre** illustrissime in xpo principis et dne nre dne
Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et Hibnie Regine fidei defensor etc nobis inscript et direct nuper
recepimus sub eo qui sequitur verbo tenore **Elizabeth** dei gra Anglie ffrancie et Hibernie
Regina fidei defensor etc **Mattheo** eadem gra Cantuar Archiepo totius Anglie primat et
Metropolitano Salutem **Sciatis** quod Willmus Dyxe Armiger et Willmus Cantrell gen
in Curia nra coram Nobis per consideracionem Curie recuperaverunt presentaconem suam versus Johem Norwic
Epum et Ricum Huggt Cler ad Ecclam de fframinghm als fframinghm ad Castrum vacant et
ad eorum donaconem spectan ut dicitur breve nrm de quare impedit Et ideo vobis Mandamus quod non
obstante reclamacone predict Epi et Rici Huggt predictus Ricus ad Ecclam predictam admissus institutus et
inductus extitit eundem Ricum ab eadem Eccla amoveatis ac ad Ecclam illam ad presentaconem prefat
Willmi et Willmi idoneam personam admittatis Et qualiter hoc mandatum nrm executi fueritis ac
Constare fac nobis in octab sti Hillarii ubicumque tunc fuerimus in Anglia et habeatis ibi tunc hunc
hoc breve T E Catlyn apud Westm xxiiij die Novembris Anno R nri [illegible] septimo **Vos**
igitur cuius tenorem et dimission committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus Citetis seu
Citari faciatis peremptorie Ricardum Huggert personaliter si apprehendi
valeat et ad eum sic citandum tutus vobis pateat accessus Alioquin publice Citandum ac
edicit per affixionem presentium in valvis exterioribus eccle parochialis de fframinghm predict et
ibm aliquamdiu dimissis vera earum copia ibm relict aliisque viis et modis quibus id melius
et efficacius de iure poteritis Ita quod huiusmodi Citatio ad eius notitiam verisimiliter pervenire
poterit **Quod** compareat coram Nobis aut vicario nro in spiritualibus generali officiali
principali vel alio Iudice in hac parte competen quocumque in Eccla Cathedrali divi Pauli
London Loco Consist ibm die Sabbati viz decimo quinto die mensis Ianuarii prox futur post
dat presentium inter horas nonam et undecimam antemeridiem eiusdem sese a dicta Eccla
parochiali de fframinghm als fframinghm iuxta tenorem Brevis regii pred amoveri visur
et auditur ulteriusque facturus et recepturus quod iustitia suadebit in hac parte ac quod tenor et
effectus Brevis regii pred de se exigunt et requirunt **Intimantes** ex parte nra
eidem Rico Huggert sic Citat et premonit Cui nos etiam tenore presentium sic intimamus
Quod sive ipse dictis die hora et loco comparere curaverit sive non Nos nihilominus seu
vicarius nr in spiritualibus generalis officialis principalis vel alius iudex in hac parte competen
huiusmodi eisdem die hora et loco procedemus et iustitiam ministrabimus ulterius ad amocionem prefati
Rici Huggert ab eadem Eccla predicta iuxta tenorem brevis regii pred prefat Richardi Huggert
sic Citat absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quod in premissis feceritis Nos

aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem officialem principalem vel alium Judicem in hac parte competentem quemcunque debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum fuerit executus Dat London Secundo die mensis decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto et nostre Consecrationis Anno decimo quinto

Certificatorium super executione eiusdem

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Mattheo permissione divina Cant Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano vestro ve vicario in Spiritualibus generali vel officiali principali vel alii Judici in hac parte competenti cuicunque vester humilis et devotus Robertus Crane clericus ad infrascripta mandatarius legitime deputatus omnimodas obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore Mandatum vestrum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi cuius vigore pariter et auctoritate preconizatum Ricardum Huggert xvi xvii et xviii diebus mensis Decembris Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto tam apud Ecclesiam parochialem de ffframlingham Norwicen dioc Cant provincie quam apud edes suas infra dictam parochiam sitas et situatas ad effectum personaliter Citandum eum ad comparendum coram vobis die et loco retroscriptis ad effectum retroscriptum diligenter quesivi et quia ipsum Richardum Huggert personaliter invenire non potui Idcirco ipsum Ricardum Huggert xix die mensis Septembris predicti Anno predicto per affixionem presentium super ostio Ecclesie parochialis de ffframlingham predicta tempore inter divinorum solemnia dum maior in eadem ad divina audienda adfuerit populi multitudo copiaque presentium ibidem dimissa et relicta peremptorie Citavi Ad comparendum coram vobis seu vicario vestro in spiritualibus generali et officiali principali aut alio Judice in hac parte competenti quocunque die et loco retroscriptis ad omnem vim formam tenorem et effectum in eodem vestro Mandato contentis et specificatis Et sic vestrum Mandatum quatenus in me est fuit diligenter sum executus **In cuius** rei testimonium Sigillum domini Archidiaconi Suffolcien presentibus apponi procuravi **Dat** decimo die mensis Januarii Anno domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto

Sententia amotionis et deprivationis Ri Huggart

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei divina providentia Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in Spiritualibus generalis et officialis principalis sufficienter et legitime deputatus et constitutus In Negotio beneficiali Ecclesie parochialis de ffframyngham alias ffframlingham ad Castrum Norwicen dioc Cantuar provincie auctoritate brevis regii prefato reverendissimo in Christo patri in hac parte directi Cuius tenor sequitur et est talis **Elizabeth** dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor etc **Mattheo** eadem gratia Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano Salutem **Sciatis** quod Willelmus Clipe Armiger et Willelmus Cantwell generosus in Curia nostra coram nobis per Consideracionem eiusdem Curie recuperaverunt presentationem suam versus Johannem Norwicen Episcopum et Ricardum Huggert clericum ad Ecclesiam de ffframyngham alias ffframlingham ad Castrum vacantem et ad eorum donationem spectantem ut dicitur per breve nostrum de quare impedit **Et ideo vobis** mandamus quod non obstante reclamacione predictorum Episcopi et Richardi licet predictus Richardus ad Ecclesiam predictam admissus institutus et inductus existit eundem Richardum ab eadem Ecclesia amoveat ac ad Ecclesiam illam ad presentacionem predictorum Willelmi et Willelmi idoneam personam admittat Et qualiter hoc Mandatum nostrum executi fueritis constare facias nobis in octabis sancti Hillarii ubicunque tunc fuerimus in Anglia et habeatis ibi tunc hoc breve T C Wraye apud Westmonasterium xxiiii die Novembris Anno regni nostri decimo septimo Ro xl° Rite et legitime preconizatum Ricardum Huggert ad diem horam et locum in Mandato ac coram nobis in Certificatorio in dorso eiusdem introductum expresse et contentum legitime et peremptorie virtute eiusdem mandati citatum saepius publice preconizatum diutiusque expectatum et nullo modo comparentem nec causam aliquam quare iuxta mandatum predictum a possessione dicte Ecclesie parochialis de ffframyngham alias ffframlingham cui de facto et non de iure incumbit amoveri non debeat pronunciamus contumacem et in penam contumacie sue huiusmodi mandato regio satisfacientes ipsum Ricardum Huggert a possessione Ecclesie parochialis de ffframyngham alias ffframlingham amovendum fore pronunciamus et decernimus Et sic eundem Ricardum Huggert ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem vigore et auctoritate brevis regii predicti in hiis Scriptis Amovemus Silentiumque perpetuum eidem Richardo Huggert in hac parte imponimus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis

Citatorio alias contra eundem Ricum literis emanate expent

ffraunyngham als ffremlingham ad Castrum cum Capella de Saxted Norwicen dioc. Ecclie Parochialis.
Institucio.

Quinto die mensis Januarii Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millesimo quingentesimo sexagesimo
quarto Dns admisit Nicholaum Locke clericum Artium Magrum serenissimo in xpo principi et dne
nre dne Elizabeth dei gra Anglie ffranc et Hibnie Regine fidei defensor et Capellam san … ad Ecclesiam de ffram…
ltime vacanteni Ad quam per Willmum Dyx armigerum et Willmum Cantrell generosos
ipius Eccle parochis veros et indubitatos (ut dicitur) patronos Dno presentatus extitit ipmqz
Rectorem eiusdem instituit et cum suis Iuribz et ptinen universis Curamqz et Regimen animarum ac Rm
dno Commisit Iuribus Archiepalibz ac Nomen Eccle xpi Norwicen Dignitatibz honoribus pri
oribus semper salvis Ac recept ab eodem Nicholao Locke Iura Ca obie et Ac de renunciando omni
forancis ptati et Ac de recognoscend regia suprema ptatem et iuxta formam Statuti Et
Scriptum fuit omnibz et singulis ad inducend etc.

Certificatorium

Illustrissime in xpo principi et dne nre dne **Elizabeth** dei gra Anglie
ffrancie et Hibnie Regine fidei defensor etc **Mattheus** divina providencia Cantuar
Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus omnimodas reverentiam obediam et Subiectionem
ac felicitatem perpetuam in eo per quem Reges regnant et principes dominantur Vre regie
sublimitati tenore presentium Significamus et innotescimus Qd Breve vrum Regium presentibus annexum
nuper vrm ea qua decuit reverentia obia et honore humilr recepimus exequend Cuius vigore
pariter et auctoritate Nos prefatus Archiepus pro officii nri debito Richardum Huggert clericum in eodem
Brevi regio nominatum die dat presentium Ab ecclia parochiali de ffraunyngham als ffremlingham
ad Castrum in dicto Brevi presentibus annexo etiam mentionat iuxta vim formam et effectum eiusdem
brevis rite et ltime amoveri fecimus Ac Nicholaum Locke Clericum artium Magrum Ad dictam Ecclesiam
parochialem de ffraunyngham als ffremlingham Ad presentacionem quorundam Willm Dix et Willm
Cantrell Admisimus et instituimus in eadem iuxta tenorem brevis regii predict **Que**
omnia et singula eidem sublimitati vre regie pro officii nri debito duximus significand
per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm quo in similibus utimur presentibz
apponi fecimus **Dat** in Manerio nro de Lambehith decimo quinto die mensis Januarii
Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto
et nre Consecr Anno sexto.

Sequestracio fruct. Ecclie Parochis de Carleton Norwicen dioc.
propter negligentiam ordinarii

Mattheus providencia divina Cantuar Archiepus totius Anglie primas et
Metropolitanus dilecto Nobis in xpo Nicholao Locke Clerico Saltm gram et Ben. **Cum**
ut ex fidedigna relatione accepimus Ecclia parochialis de Carleton in Com Suff Norwicen
dioc nreqz Cantuar provincie per mortem naturalem ultimi rectoris et Incumbentis
ibm aliquandiu vacavit et Rectore idoneo destituta extiterit prout etiam sic vacua existit
in presenti Cuius pretextu Cura dicte Ecclie penitus inofficiata relinquitur Nullaqz divina
officia ibm celebrantur aut verbi dei predicatio habeatur in animar parochianorum ibm ac
manifestum periculum et aliorum exemplum longe perniciosum in Ecclia dei non ferend **Cumqz**
ut etiam accepimus loci illius ordinarius premissa reformare hactenus neglexerit et sic penitus
negligit in presenti **Nos** igitur premissa conniventibus oculis preterire nolentes Sed eis
pro posse nro Subvenire cupientes ac loci ordinarii negligentiam in hac parte pro officii
nri debito supplere volentes omnes et singulos ffructus reddit decimas proventus obvenc
Comoditates et cetera emolumenta quecunqz Ad dictam Eccliam parochialem quomodolibet
spectan et ptinen ex causis premissis et aliis nonnullis veris iustis et ltimis causis Nos in hac
parte spialr moventibz duximus Sequestrand et huiusmodi Sequestri custodiam tibi committend
iusticia id exigente prout etiam sic Sequestramus et tibi committimus per presentes **Ad**
publicand igr huiusmodi Sequestrum nrm sic per nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in
hac parte **Necnon** Ad Colligend levand et percipiend omnes et singulos fructus
decimas obvenciones Comoditates et emolumenta ecclesiastica quecunqz ad dictam Ecclesiam
parochialem quoquomodo spectan et pertinen Eaqz ea sic Collect levat et percept sub salvo
et tuto Sequestro custodiend et conservand ac que tempore morae verisimili fiunt
deteriora iusto precio alienand et vendend exponend Atqz de Collectis levatis et
perceptis huiusmodi Curam dicte Ecclie parochialis in divinis officiis et aliis requisitis debite
deserviri Ac alia onera eidem Ecclie incumbentia supportari faciend et causand Ac de
residuo sic collect levat et percept fidelem Compotum sive rationem cum ad hoc congrue fuerit

requisit iuste reddend et faciend Ceteraque oia et singula faciend gerend et expediend que in hac pte
parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita Tibi vices nras autoritatem nram Committim(us)
per p̄ntes [illegible] duratur quoad eas duxerimus revocand In cuius rei testimonium Sigillum
Curie Audientie nre Cant presentibus apponi fecimus Dat London [illegible] die mensis Januarii Anno
dni iuxta computationem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto

Sci Clementis Sandwici vicarie perpetue Ecclie pro

Institutio

quia erat Archidiaconus Cant

Quinto die mensis Marcii Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto dnus
admisit Georgium Joye clericum Ad vicariam perpetuam Ecclie parochialis Sci Clementis ville
Sandwici Cant dioc per liberam et spontaneam Resignacionem Ricardi Spicer vltimi incumbentis
in eadem iam vacantem Ad quam per Reverendum in xpo patrem et dnm dnm Edmundum Roffen
Epm veru(m) dicte vicarie perpetue verum et indubitatum ut dicitur patronum dno presentatus extitit
Ipmqz vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem Instituit cum suis Iuribus et ptinen vniuersis
Curam et Regimen Animarum eiusdem ei in dno Commisit Iuribus Archidiaconalibus ac in omnibus semper salvis
Ac Recepit idem dnus Iurament Canm obedientie ac Ac de renunciando omni forinsece ptati ac Ac de
Recognoscend regiam Supremam ptatem ac iuxta formam Statuti Parliamenti ac Ac de continue
et psonaliter residend in eadem vicaria perpetua Scriptum fuit Archino Cant Ad inducend hr

Substitutio pro admissione
Georgii Joye Ad Vicariam
Sci Clementis Sandwici

Ultimo die mensis Januarii Anno dni iuxta computationem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo quarto In edibus venerabilis viri Magri Thome Yale legum doctoris Reverendissimi
in Xpo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuar Archiepi totius Anglie
primat et Metropolitani vicarii in spiritualibus generalis et officialis principalis infra parochiam
Sci Gregorii iuxta Ecclesiam Cathedralem diui Pauli London situat in presentia mei Johis Incent
Notarii publici Registrarii principalis dicti Reverendissimi Patris Constitutus psonaliter prefatus Magr
Thomas Yale vicarius in spiritualibus generalis antedictus Commisit vices suas venerabilibus viris
Magris Thome Lawse artium Magro Civit et dioc Cantuar Commissario generali et Johanni hill
sacre theologie Bacch dicte Ecclie cathis et Metropolitice xpi Cantuar Canonico et prebendario
eiusdem et cuilibet eorum Ad admittend Georgium Joye Clericum ad vicariam perpetuam Ecclie parochialis Sci Clementis
Clementis ville Sandwici Cantuar dioc per liberam et spontaneam resignationem Ricardi Spicer cler
vltimi vicarii et incumbentis in eadem iam vacantem ad quam per Reverendum in xpo patrem et dnm
Edmundum Roffen Epm dicte vicarie perpetue verum et indubitatum vt dicitur patronum dicto Rmo
patri presentatus extitit Ipmqz vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituend et canonice
investiend cum suis iuribus et ptinen vniuersis Curamqz et Regimen Animarum eiusdem committend Ac
eidem Georgio Joye in dno committend Necnon Iuramentum tam de Canonica obedientia dco Rmo
patri et successoribus suis prestand et exhibend quam de Agnoscend Supremam ptatem Regiam
in causis Ecclesiasticis et temporalibus Necnon de Renunciand refutand et recusand omnem et omnimod
ptatem Iurisdictionem autoritatem et Superioritatem forinsecas iuxta vim formam et effectum Statuti pliamenti
huius regni Anglie in ea parte edit et provis Quam etiam quodcunqz aliud Iuramentum licitum et honestum
ac de iure Legibus et Statutis huius regni Anglie in hac parte quomodolibet requisit ab eodem
Georgio Joye recipiend et admittend Necnon eundem Georgium Joye Articulis de quibus in Sinodo
London cum assensu Archiepor Epor et Cleri vtriusqz provincie Cantuar et Eboracen consensum
est Anno dni iuxta computationem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo
ad tollendam opinionum diversitatem et confirmandum vera vniformam veri religionem regia auctoritate
assensu publicatis manu sua propria in tua presentia subscribere et assensum suum eis prebere videre
et audire vices vestras vidend et generaliter omnia alia et singula faciend exercend et expediend que de iure
et huius regni Anglie Legibus et Statutis in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et
promisit ratum et gratum &c

John Incent

Sci Clementis ville
Sandwici vicarie pp̄e
Vigore dicte Substitucionis

Institutio

Quinto die Marcii Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto coram mro Thoma
Lawse artium Magro Civit et dioces Cantuar Commissario generali [illegible] deputat et in
presentia Francisci Aldriche notarii publici &c infra edes [illegible] infra cimiterium Ecclie Cathis xpi
Cantuar Comparuit psonaliter prefatus Georgius Joye et per eundem prestito coram me Iuramento tam
de Canonica sua obedientia &c quam de Agnoscend Regiam Supremam ptatem ac de renunciand &c et omni
ptati fforanee iuxta Statut &c Necnon propria manu sua subscripsit dictis Articulis in retroscripto
specificatis eodem quinto die et Anno pdcis prefatumqz Georgium Joye in vicaria Ecclie predicte instituit et
investivit cum suis iuribus et pertinen vniuersis Sic quantum in me est autoritate per vos mihi quod supra scripto
concessa ac debito sum exequutus **In cuius** rei testimonium me propria manu in presentia Notarii
publici suprascripti presentibus die et Anno Subscripsi &c presentibus tunc ibm Johanne Parker generoso Jacobo
Chapman testibus &c

Sequestratio fructuum Ecclie
Rcie de Wolcombe Cant
dioc auctoritate dne
Regine a causa [illegible] solucionis
debiti

Matthæus &c Dilecto Nobis in xpo Georgio Bridman generoso Salutem gratiam et Bene-
dictionem Illustrissime in xpo principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie Ffrancie et hibernie Regine

fidei defensor et supremum in ea qua decuit reverentia et subiectione recepimus in hec verba **Elizabeth** dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor etc Reverendo in Christo patri Mattheo Episcopo Cantuariensi salutem. **Cum** quarto decimo die mensis Octobris Anno regni nostri Sexto Robertus ap Robert de [illegible] in Comitatu Denbigh yoman et Thomas Johnes Clericus Rector Ecclesie parochialis de Tyngreff in Comitatu Bedford coram nobis in Cancellaria nostra personaliter constituti recognoverunt se debere et eorum alterum recognovit se debere Georgio Bridman generoso ducentas libras legalis monete Anglie quas ei solvisse debuissent in ffesto Natalis domini tunc proximo futuro **Cumque** idem Georgius coram nobis in Cancellaria nostra predicta postea scilicet termino Sancte Trinitatis Anno regni nostri undecimo recuperavit versus dictos Robertum et Thomam dictas ducentas Libras que eidem Georgio in eadem Curia nostra adiudicate fuerint prout per recordum inde coram nobis in Cancellaria nostra predicta residens liquet manifeste Execucio tamen iudicii predicti adhuc restat facienda Sicut ex insinuatione prefati Georgii accepimus **Et quia** volentes ea que in Curia nostra predicta rite acta essent debite execucioni demandari per breve nostrum vicecomitibus nostris London nuper precepimus quod scire facerent prefatis Roberto et Thome quod essent coram nobis in dicta Cancellaria nostra ad certum diem iam preteritum ubicunque tunc forent ad ostendendum si quid pro se haberent aut dicere scirent quare prefatus Georgius execucionem versus eos de predictis ducentis Libris habere non deberet iuxta formam iudicii et recuperacionis predicti si sibi viderit expedire Et quod haberent ibi nomina illorum per quos eis scire facerent et breve nostrum predictum Ad quem diem Vicecomites nostri London scilicet Anthonius Gamage et Thomas Blancke nobis in Cancellaria nostram predictam retornaverunt quod predicti Robertus ap Robert et Thomas ap Johnes nihil habuerunt in Ballivia sua ubi aut per quod eis scire facere potuerunt nec fuerunt inventi in eadem Ballivia sua **Vobis** mandamus quod predictas ducentas libras de bonis et catallis ipsius Thome levetis per Sequestracionem in fructibus et aliis bonis suis Ecclesiasticis de decimis et proficuis beneficiorum suorum infra diocesim vestram predictam existentibus sine dilacione levari faciatis Ita quod easdem ducentas libras habeamus in Cancellaria nostra in Quindena Pasche proximo futuro ubicunque tunc fuerit prefato Georgio ibidem liberandas Et hoc nullatenus omittatis Et habeatis ibi hoc breve Teste me ipsa apud Westmonasterium viij° die Januarii Anno Anno regni nostri decimo septimo **Nos** vero iussis et Mandatis dicte Illustrissime domine nostre Regine pro officii nostri debito obtemperare volentes omnes et singulos fructus decimas obventiones et proficua quecunque ad Rectoriam sive Ecclesiam parochialem de Ulcombe nostre Cantuariensis diocesis et ad prefatum Thomam Jones clericum Rectorem ibidem modernum iure et nomine eiusdem Rectorie spectantes et pertinentes iuxta brevis regii predicti exigentiam Sequestrandum et levandum duximus prout etiam sic sequestramus per presentes **Ad** publicandum igitur huiusmodi Sequestrum nostrum sic per nos interpositum omnibus et singulis quibus interest in hac parte Necnon ad Colligendum levandum et percipiendum omnes et singulos fructus redditus proventus decimas oblaciones commoditates obventiones et proficua ac cetera iura Ecclesiastica quecunque ad dictam Rectoriam sive Ecclesiam parochialem de Ulcombe quoquomodo spectantes vel pertinentes **Easque** et ea sic Collecta levata et percepta iusto precio alienandum et vendendum ac expendendum atque de Collectis levatis et perceptis huiusmodi Curam dicte Ecclesie [illegible] in divinis officiis et aliis requisitis debite deserviri Ac omnia onera eidem Ecclesie incumbentia supportari faciendum et causandum Necnon de et residuo fructuum obventionum et proficuorum dicte Rectorie vigore eiusdem per te Colligendorum Summam ducentarum librarum legalis monete Anglie in brevi regio huiusmodi mencionatarum levandum et recipiendum Ita ut easdem ducentas libras habeat in Cancellaria dicte domine nostre Regine in quindena Pasche proximo futuro ad usum in dicto Brevi regio mencionatum Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita et que tenor brevis regii predicti de se exigit et requirit **Tibi** vices et auctoritatem nostras Committimus per presentes Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem citra quindenam Pasche proximo futuro certiores facere curetis prout decet **In cuius rei testimonium** Sigillum Curie Audientie nostre Cantuariensis presentibus apponi fecimus datum in Manerio nostro de Lambhith primo die mensis ffebruarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto

Ecclesia Thome martiris de Cleve immediate jurisdictionis Cant.

Collatio

Vmo die mensis ffebruarii Anno domini iuxta computacionem Ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo lxxiiij^to^ Reverendissimus contulit Christofero holforde Clerico Ecclesiam parochialem Sancti Thome Martiris de Clever Decanatus de Southmallinge Ecclesie Christi Cant. iurisdictionis immediate iam ultime vacantem et ad suam Collationem iure ad eum iure devoluto racione lapsus temporis hac vice spectantem Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et in eadem canonice cum suis iuribus et pertinentiis universis et curam et regimen animarum et ei commisit Ac [illegible] Juratus Canonice obedientie et ac de comitandis ordinariis [illegible] et subscripsit singulis articulis et [illegible] et ad [illegible]

Certificatorium brevis regii pro Rectore de Wolcombe

Infranominatus Thomas Johnes clericus nulla bona sive Catalla habet infra diocesim meam per quod infrascriptas ducentas libras in brevi specificatas nec aliqua inde parcella levare possum sunt nihilominus [illegible] omnia et singula fructus decimas et proficua quecunque ad Rectoriam sive Ecclesiam parochialem de Ulcombe in diocesi mea existentia [illegible] vigore brevis predicti Sequestravi ad satisfaciendum prenominato Georgio Bridman predictas ducentas libras [illegible] et per [illegible] brevis predicti et sunt in ea parte prout breve illud mihi mandat Et predictus Thomas Johnes ad presens nulla alia sive plura beneficia neque bona Ecclesiastica habet infra diocesim meam predictam per que predictam summam vel aliquam inde parcellam aut sequestrare vel aliter levare possum

Responsio Matthei Archiepiscopi Cant.

Bre regine ad admittend idoneam psonā ad ecclīam de Cadwell lincoln dioc

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor **Matthæo** eadem gratia Archiepo Cantuar' totius Anglie primat et Metropolitano Salutem Sciatis quod Willelmus Plomer generosus in Curia nra coram Justiciarijs nris apud Westm recuperavit presentacionem suam versus Thomam Lincoln Epum Willelmum Skipwith armigerum et Beniaminum Chambers clericum ad Ecclesiam de Cadwell vacantem et ad suam donacionem spectantem ut dicit Et vnde convictus est in eadem Curia nra Ad predictum Willelmus Plomer habeat presentacionem suam versus prefat Willelm Skipwith et Beniaminum ad ecclīam predictam per defaltam predict Willelmi Skipwith et Beniamini defalt Et ideo vobis Mandamus quod non obstante reclamacione predictorum predict Willelmi Skipwith et Beniamini ad presentacionem predict Willelmi Plomer ad ecclīam predictam idoneam personam admittatis T J Dier apud Westm xxvij die January Anno regni nri decimo septimo

Cadwell lincoln dioc Ecclie po
Institucio

Nono die mensis February Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane 1574 dnus Archiepus [illegible] admisit Willelmum Stone Clericum artium Magistrum ad ecclīam parochialem de Cadwellam vacantem Ad quam per Willelmum Plomer generosum primum [illegible] ecclie verum et indubitatum ut dicitur patronum dno presentatus extitit Ipmqz Rectorem eiusdem instituit et investivit cum suis Iuribus et pertinentibus vniversis Curam et regimen animarum et dein in dno Commisit Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus et ecclie Lincoln in omnibus semper salvis Ac recepto prius Juramento Canonice obediencie et de renunciando omni forinsece potestati et de recognoscendo regiam supremam potestatem et iuxta formam Statuti et Scriptum fuit vniversis et singulis Rectoribus vicarijs et ad inducendum &c

Ightam decanat Shorham Ecclie parochialis Institucio

vj die mensis February Anno dni predicto dnus admisit Henricum Harbard in artibus bacchalaur ad ecclesiam parochialem de Ightam decanatus de Shorham ecclie Cathis et Metro Xpi Cant iure immediate per mortem naturalem Johis Hooper clerici vltimi Rectoris et incumbentis in eadem vacantem Ad quam per Thomam Willughby de Chiddingstone in Com Kanc Armigerum eiusdem ecclie parochialis verum et indubitatum ut dicitur patronum dno presentatus extitit Ipmqz Rectorem eiusdem instituit et investivit cum suis Iuribus et pertinentibus vniversis Curam et regimen animarum et dein in dno Commisit Iuribus Archiepalibus et in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Henrico Harbard Iuramento Canonice obediencie et de renunciando omni forinsece potestati Ac de recognoscendo regiam supremam potestatem et iuxta formam Statuti parliamenti et Scriptum fuit vniversis et singulis Ad inducendum &c

Enlyngton Bathon & Wellen Dioc Ecclie po
Collacio

Matthæus &c dilecto Nobis in Xpo Skote clerico Salutem et gratiam Ad ecclesiam parochialem de Enlyngton als Kilmington Bathon et Wellen dioc Cant qz provincie ad nram institucionem sive Collacionem de iure devolutam [illegible] Ad quam per Edwardum Baynton Armigerum et Agnetem eius uxorem eiusdem ecclie parochialis veros et indubitatos patronos nuper presentatus extitisti Te admittimus dictamque ecclesiam tibi conferimus atque instituimus et investimus in eadem cum suis Iuribus et pertinentibus vniversis Curam et Regimen animarum parochianorum ibm tibi in dno Committentes prout committimus per presentes Recepto Ac prius a te Iuramento Corporali non solum de Canonica obediencia nobis et Successoribus nris ac Epo Bathon et Wellen ordinario tuo in omnibus et omnibus licitis et honestis mandatis per te prestando et exhibendo verum etiam de renunciando et contradicendo omni et omnimode potestati et superioritati forinsece et de recognoscendo supremam auctoritatem regiam iuxta vim formam et effectum Statuti parliamenti huius regni Anglie in ea parte editi Ac ad sancta dei Evangelia rite iurat Iuribus Archiepalibus et ecclie nre metropolitice Xpi Cant dignitate et honore in omnibus semper salvis **In cuius** rei testimonium Sigillum nrum presentibus fecimus apponi **Dat** in Manerio nro de Lambehith decimo octavo die mensis January Anno dni secundum cursum et computacionem ecclie Anglicane Millesimo quingentesimo Septuagesimo quarto Et nre Consecrationis Anno decimo sexto

Sci Dionisij Backchurche Civitat London Cant dioc Ecclesie parochialis
Institucio

Vltimo die mensis February Anno dni iuxta computacionem &c 1574 dnus admisit Georgium Boleyn clericum sacre Theologie Bacchalaureum ad ecclesiam parochialem Sci Dionisij Backchurche Civitatis London Cant dioc per mortem naturalem Johis Broome clerici vltimi incumbentis in eadem iam vacantem Ad quam per Thomam Godwin decanum ecclie Metropolitice Xpi Cant decanum eiusdem ecclie parochialis verum et indubitatum ut dicitur patronum dno presentatus extitit Ipmqz Rectorem eiusdem instituit et investivit cum suis Iuribus et pertinentibus vniversis Curam et Regimen animarum et dein in dno commisit Iuribus Archiepalibus et in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Georgio Boleyn iuramento de Canonica obediencia et de renunciando omni forinsece potestati et de recognoscendo &c iuxta formam Statuti et Scriptum fuit vniversis et singulis Rectoribus vicarijs et Ad inducendum &c

Sci Michaelis in Riola Civitatis London decanat de Archubus London Ecclesie parochialis
Collacio

xviij die mensis Marcij Anno dni iuxta computacionem ecclesie Anglicane 1574 Reverendissimus pater Contulit Johi Bateman Clerico ecclesiam parochialem Sci Michaelis in Riola Civitatis London decanatus de Archubus London ecclie Xpi Cantuar Iurisdictionis immediate per mortem naturalem Willelmi Seymour vltimi Rectoris ibm iam vacantem et ad suam Collacionem iure ad eum isto devolucionis lapsus temporis spectantem Ipmqz Rectorem eiusdem instituit et investivit cum suis Iuribus et pertinentibus vniversis Curam et regimen animarum et dein in dno Commisit et prestit per eum Iuramento Canonice obediencie et de renunciando omni forinsece potestati et de recognoscendo &c et Scriptum fuit vniversis et singulis Rectoribus vicarijs Capellanis et Ad inducendum &c

Swalcliff Cant dioc Ecclesie parochialis
Institucio

xx die mensis Aprilis Anno dni millesimo quingentesimo Septuagesimo quinto dnus Admisit Albertum Bassett clericum ad ecclesiam parochialem de Swalcliff Cant dioc per spontaneam resignacionem Georgij Bassett clerici vltimi Rectoris ibm iam vacantem Ad quam per Thomam Ffane iuniorem armigerum eiusdem ecclie parochialis verum et indubitatum ut dicitur patronum dno presentatus extitit Ipmqz Rectorem eiusdem instituit et investivit cum suis Iuribus et pertinentibus vniversis Curam et regimen animarum et dein in dno Commisit Iuribus Archiepalibus et in omnibus semper salvis Ac recepto ab eodem Alberto Bassett Iuramento Canonice obediencie et de renunciando omni forinsece potestati et de recognoscendo regiam supremam potestatem et iuxta formam Statuti parliamenti et Scriptum fuit Archidiacono Cant Ad inducendum &c

Sce Margarete Clyff Cant dioc Vicarie perpetue
Collacio

xxv die mensis Aprilis Anno dni 1575 Reverendissimus pater contulit Simoni Spilman Clerico vicariam perpetuam ecclie parochialis Sce Margarete Clyff Cantuar dioc vltimo vacantem et ad suam Collacionem pleno iure spectand' ipmq' vicarium eiusdem instituit et in [illegible] cum suis iuribus et p'tinen' univ'sis Curam et Regimen [illegible] Archidiacono Cant' [illegible] ad inducend' etc.

[illegible] vicarie pp(etu)e de Ffarningham Eccl(esi)e p(ar)o(chia)lis decanatus de Shorham

Collacio

Vicesimo die mensis Aprilis Anno d(omi)ni millesimo quingen(tesimo) septuagesimo quinto R(everendissimu)s pater contulit Rogero [illegible] clerico vicariam [illegible] Eccl(esi)e p(ar)ochialis de Ffarningham decanatus de Shorham per mortem [illegible] vacantem [illegible] ad suam Collac(i)onem pleno iure spectantem [illegible] institut et investivit in eadem cum suis iuribus et p'tinen' univ'sis Curam et Regimen animar(um) [illegible] ad inducend' etc.

Wittersham als Wittesham in Insula de Oxney Cant' dioc' Ecclesie p(ar)ochialis [illegible]

Collacio

Secundo die mensis Maij Anno d(omi)ni 1575 R(everendissimu)s pater contulit [illegible] clerico Ecclesiam de Wittersham als Wittesham in Insula de Oxney [illegible] vacantem et ad suam Collac(i)onem pleno iure spectantem [illegible] institut et investivit [illegible] cum suis iuribus et p'tinen' univ'sis et Curam et Regimen animar(um) [illegible] Archidiacono Cant' [illegible] ad inducend' etc.

[illegible] Eccl(esi)e [illegible] Ecclesie p(ar)ochialis [illegible]

Collacio

Sexto die Maij Anno 1575 R(everendissimu)s pater contulit Joh(ann)i Hudson clerico [illegible] per mortem naturalem Roberti [illegible] decanatus de Pagham [illegible] ad suam Collac(i)onem pleno iure spectantem [illegible] cum suis iuribus et Curam et Regimen animar(um) [illegible] ad inducend' etc.

Resignac(i)o hospitalis pauperum Sacerdotum Eccl(esi)e S(anc)te Margarete eidem annex(e) civit(atis) Cantuar'

In dei no(m)i(n)e Amen coram vobis publica et autentica persona ac testibus fidedignis hic p(rese)ntib(us) Ego Robertus Baron magister hospitalis pauperum Sacerdotum unacum Eccl(esi)a p(ar)o(chia)li S(anc)te Margarete eidem annex(a) civit(atis) Cantuar' [illegible] hospitalis et Eccl(esi)am S(anc)te Margarete p(re)dicte [illegible] Cantuar' Archiep(iscop)i totius Anglie primatis et [illegible] Metropolitani [illegible] non vi dolo metu coactus nec dolo aut fraude [illegible] ex certa scientia mea deliberat(a) et spontanea voluntate mea [illegible] simpliciter et absolute resigno dictumque hospitale et Ecclesiam [illegible] in dicto hospitali [illegible] atque ab eisdem recedo totaliter et expresse in hiis scriptis

Lect' fuit huiusmodi Schedula resignac(i)onis per supranominatum Rob(er)tum Baron in edibus meis [illegible] die mensis Maij [illegible] Anno d(omi)ni 1575 in p(rese)ntia mei [illegible] Notarii publici [illegible] testibus [illegible]

Hospitalis et Eccl(es)ie p(re)d(ic)te

Institucio

Vltimo die mensis Maij Anno d(omi)ni 1575 d(omi)nus admisit Blasium [illegible] clericum ad hospitalem pauperum Sacerdotum cum Eccl(esi)a p(ar)o(chia)li S(anc)te Margarete eidem annex(a) civit(atis) Cant' [illegible] institut et investivit [illegible] Cant' ad inducend' etc.

Br(eve) Regium

Elizabeth dei gra(cia) Anglie Ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor etc. **Venerabili** in Christo patri Mattheo eadem gra(cia) Cantuarien(si) Archiep(iscop)o totius Anglie primati et Metropolitano salutem [illegible] Gilberti Bathon et Wellen [illegible] de Patton in Com(itatu) n(ost)ro [illegible] Teste me ipsa apud Westm' [illegible] die Aprilis Anno regni n(ost)ri decimo septimo

Patton vicarie pp(etu)e Eccl(esi)e p(ar)o(chia)lis cu(m) Capella de [illegible] eidem annex(e) Bath' et Wellen dioc' [illegible]

Institucio

[illegible] die mensis Maij Anno d(omi)ni 1575 d(omi)nus admisit Thomam [illegible] clericum ad vicariam perpetuam [illegible] Bathon et Wellen dioc' [illegible] de Patton cum Capella de [illegible] eidem annex(a) [illegible] Elizabetham dei gra(cia) Anglie Ffrancie et Hibernie Reginam fidei defensor(em) [illegible] Curam et Regimen animar(um) [illegible] ad inducend' etc.

Mors R(everendissi)mi Matthei

M(emorandum) q(uo)d die martis viz decimo septimo die mensis Maij 1575 inter horas nonam et xj vespertinas Reverendissimus in Christo Pater et d(omi)nus d(omi)nus Mattheus Cantuarien(sis) Archiep(iscop)us mortem obijt ac fatis cessit in Manerio suo apud Lambhith

Registrum venerabiliu viror
Decani et Capitli Ecclie Cathedralis et Metropolitice xpi
Cantuarien Custod Spualitatis Archiepatus Cantuarien
Sede Archiepali ibm per obitu Reuerendissimi patris Dni
Matthei Parker vltimi Archiepi eiusdem vacan qui mortem
obijt Decimo septimo die mensis Maij Ao Dni Millmo quingenmo
Septuagesimo quinto Johe Incent tunc Registrario principali
Sedis Archiepalis Cantuar existente

Comissiones diuse

1575

Comissio Comissarij generalis Dioc Cant

Thomas Godwin sacre Theologie Professor Decanus Ecclie Cathedralis et Metropolitice xpi Cantuarien et eiusdem Eccle Capitlm ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et Ecclastica que ad Archiepm Cantuar Sede plena pertinuit ipa sede jam vacante Notorie dinoscitur pertinere **Dilco** Nobis in Xro Thome Lawse artium Magro Saltm **Ad** Cognoscend et procedend in oibus causis et Negotijs Litibus et querelis tam Matrimonialibz quam Divorcij seu Matrimoniu tangen et alijs Ecclasticis causis quibuscunqz sive ex officio mero mixto vel promoto seu ad alicuius ptis instancia partiu ve instancias motis seu Mouendis et ad forum Ecclasticum quomodocunqz spectan sive pertinen (citra tamen Legum et Statutor huius regni Anglie offensam) agitatis seu agitandis eaqz et ea cu suis emergen incidentibus dependen annexis et connexis quibuscunqz audiend examinand discutiend ac fine debito terminand Necnon ad rescribend ad Appellationes et querelas quascunqz ad Audientia Comissar Cant vri predict appellan ac causas et Negotia appellaconis et querelas huiusmodi examinand discutiend fineqz debito cu suis inciden emergen et connexis quibuscunqz terminand Necnon de et super Criminibus excessibus et delictis quibuscunqz ad forum et Correctionem Ecclasticam spectan infra Civitatem et Dioces Cant per quoscunqz Civitatis et Dioc pdict Subditos comiss seu comittend inquirend et inquiri faciend Eosqz ac ea debite corrigend puniend et reformand vc Penasqz et penitentias Ecclasticas salutares et convenientes eis et eorum cuilibet imponend iniungend et infligend fructusqz Decimas oblacones et proventus ac cetera bona et Jura Subditor quorumcunqz Cant Dioces in casibus de iure qualitercunqz permiss sequestrand et sequestrari mandand et faciend Ac insuper Sequestrationes huiusmodi quoties opus fuerit relaxand **Ad** inducend quoqz seu induci faciend quoscunqz clericos per Nos ad quecunqz beneficia Ecclastica infra Civitatem et Dioc Cant admittend instituend et investiend Quorum inductio ad Comissariu generalem Cant retroactis temporibz de iure et consuetudine eiusdem Dioces pertinere dinoscitur et fieri assuevit **Ipos**qz sic per te in realem actualem et corporalem possessione huiusmodi beneficior mediante nro speciali mandato inductos per Canonicas censuras defendend Preterea contra quascunqz personas Dignitates officia seu beneficia Ecclastica quecunqz in Civitate et Dioces Cantuar predict illicite occupan seu administran si quas huiusmodi comperis seu inveneris in forma iuris procedend Eosqz prout rei qualitas postulaverit ab eisdem officijs seu Beneficijs prout Juris fuerit amovend seu privand Et ulterius de et super blasphemie periurij adulterij incestus ebrietatis et incontinentie ac alijs Criminibz et delictis defectibus et excessibus quorumcunqz dict Civitatis et Dioces Cantuar tam Clericor quam laicor quotiens et quando opus fuerit (iuxta tamen legum Ecclasticor et Statutor regni Anglie exigen) inquirend et investigand et quos criminosos et delinquen seu culpabiles inveneris condignis penis iuxta et secundum Juris ordinem ac leges et statuta huius regni puniend et corrigend ac ad probaciores vivendi mores modis omnibus quibus id melius aut efficacius poteritis reducend **Clicos** insuper quoscunqz infra Civitatem et Dioces Cantuarien predict super quibuscunqz criminibus coram iudicibus secularibz irretitos sive convict convincend qui de iure et secundum huius Regni Anglie Leges et consuetudinem gaudere debeant privilegio clericali (vt moris est) vendicand petend et recipiend **Eosdemqz** Clicos sic convictos ac [illegible] coram vobis Canonice super Criminibus purgand humiliter offerend iuxta iuris exigen et non aliter admittend eorumqz Purgaciones in hac parte recipiend et admittend ac pro valore earundem purgationum vel invaliditate pronunciand et declarand **Ad** insinuand preterea proband et in Juris forma approband Testamenta et vltimas voluntates quarumcunqz personar ab hac luce infra Civitatem et Dioces Cant decedentium recipiend et admittend Administraconesqz Bonor Jurium et Creditor personar huiusmodi taliter decedentium Executor in eisdem testamentis nominatis et constitutis comittend Administraciones quoqz bonor iurium et Creditor quarumcunqz personar infra Civitatem et Dioces Cant abintestat vel pro viam intestati morientium illi vel illis cui vel quibus de iure et Statutis huius regni Anglie comitti debeant et non aliter comittend et fieri decernend Ac bona Jura sive Credita quarumcunqz personarum huiusmodi auctoritate nra Ordinaria in casibus a iure ac permiss sequestrand et Sequestrari mandand Sequestriqz et Sequestror huiusmodi custodia personis idoneis pro Juris exigen comittend illudqz quoties et quando tibi videbitur expediens et necessarium revocand Necnon Compotu calculu sive raciociniu Executor Administrator et Sequestror custodia huiusmodi recipiend audiend approband et allocand et si opus fuerit reproband et deallocand Necnon acquietanc et finales Liberaciones de et super Administracionibus huiusmodi faciend et concedend Eosdemqz Executores sive Administratores a Computis calculis sive raciocinijs eorundem et ab officio nro in ea parte (saluo Jure cuiuscunqz) absoluend dimittend exonerand et liberand

Ad hec predilecto Nobis in Christo Archino Cant et eius officiali Necnon alijs quibuscumqz personis nram ordinariam Jurisdictionem
violare impugnare perturbare seu derogare illicite satagentibus vel ausu temerario presumentibz inhibend et inhiberi
faciend ac per censuras ecclesiasticas ac alia ltima Juris remedia ab illicitis suis attemptatis et attemptand compellend et
coercend Substitutum seu substitutos in tempore necessitatis (nobis tamen gratos et acceptabiles) ad premissa omnia et
singula et que circa premissa de iure vel Consuetudine in Dioces Cantuar predict ab aliquo Commissario
Cant usitat et obs'uat fuerit seu quomodolibet oportuna ac Decanos Curatos procuratores apparitores
et nuncios aliosqz Officiarios et Ministros quoscumqz in hac parte necessarios respectiue substituend deputand
et preficiend ac eorum cuiuslibet potestatem et officium quotiens tibi visum fuerit expedire revocand cassand
et annulland Ceteraqz omnia et singula alia que ad officium Commissarij Consistorij nri Cantuariensis spectare
dinoscuntur de Jure vel Consuetudine faciend exercend et expediend una cum omnibz feodis proficuis
comoditatibus et emolumentis ad officium huiusmodi quomodo spectan **Tibi** de Cuius literar scientia gravitate
conscientie puritate ac in rebus gerendis fide et circumspectionis industria spialem in dno fiducia habemus
vices nras tenore presentium committimus ac plena in duo tenore presentium Concedimus potestatem et facultatem
cum cuiuslibet congrue et ltime coercionis circa ea que in hac parte decreveris seu substituti tui decreverint
potestate, Teqz Commissarium nrum generalem in et per totam Civitatem et Dioces Cantuar predict Nominamus ordinamus
et deputamus per presentes Ad nrum beneplacitum tantummodo duratur **In cuius** rei testimonium Sigillum
quo in similibz ad premissa utimur presentibz Apponi fecimus Dat primo die mensis Junij Anno dni Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo Quinto

Inhibitio contra Ricum Kitson nuper decanum de Southmalling

Thomas Godwin sacre Theologie Professor Decanus ecclie cathedralis et Metropolitice
Xpi Cantuar et eiusdem ecclie Capitulum Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad
Archiepm Cantuar Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante Notorie dinoscitur pertinere Dilecto nobis
in Christo magro Richardo Kytson Clerico nuper Decano Decanatus de Southmalling Pagham et Terring in
Com Sussex ecclie Xpi Cant Jurisdictionis immediate Necnon oibz et singulis alijs Jurisdictionem
ecclasticam infra Decanatus pred seu eorum aliquem quomodo exercentibz Salutem in dno **Cum** Nos per
Lras nras Commissionales Patentes Sigillo nro coi sigillat gerend Dat vicesimo die Mensis Maij Anno dni
Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto iam currente Dilectum nobis in Xpo Magrum Anthonium Rushe sacre
Theologie professorem Decanum Decanatuum de Southmalling Pagham et Terringe pred prefecerimus
Constituerimus et Deputaverimus eidemqz Magro Anthonio Russhe ad exercend vices et auctoritatem nras omnem
et omnimodam Jurisdictionem spualem et ecclasticam infra Decanat et Jurisdictionem predict vices et auctoritatem
nras Commiserimus **Vobis** igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter Iniungendo Mandamus Ne
vos aut aliquis vrum a tempore intimationis presentium vobis seu alicui vrum fiend Jurisdictionem aliquam
spualem aut ecclasticam infra dict Decanat seu eorum aliquem exercere seu quicquam aliud in preiudicium Juris
aut Jurisdictionis nre in ea parte quomodo attemptare presumatis seu vrum aliquis presumat sub
pena contemptus **In cuius rei** testimonium Sigillum quo in similibus ad premissa utimur presentibus apponi
fecimus **Dat** Secundo die mensis Junij Anno dni Millesimo quingentesimo Septuagesimo quinto

Lre dimissorie pro Marco Cullinge

Thomas Godwin sacre Theologie professor Decanus Ecclie cathedralis et Metropolitice Xpi
Cantuar et eiusdem Ecclie Capitulum Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad
Archiepm Cantuar Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacan Notorie dinoscitur pertinere Dilecto
Nobis in Christo Marco Cullinge in Artibus Bacchro Cantuar Dioces Salutem graciam et Ben ut a quocumqz
Episcopo Catholico officij sui executione obtinen et exercen Ad omnes sacros Diaconatus et presbratus ordines
quos nondum es assecutus iuxta morem et ritum ecclie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit et ordinat
licite valeas promoveri Dumodo Morum honestatem habueris et in artibus liberalibus educatus non
fueris ac etiam Lrar sacrar scientia Lingueqz latine mediocri Notitia idoneus inveniaris Super quibz
ordinatoris conscientiam districte oneramus aliudqz Canonicum in ea parte non obsistat impedimentum Licentiam
et facultatem nras tam cuicumqz Catholico Epo huiusmodi ordines conferend quam tibi eosdem recipiend Benigne
Concedimus et impartimur per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum quo in similibus ad premissa
utimur presentibus Apponi fecimus Dat octavo die mensis Junij Anno dni Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo Quinto

Inhibitio fact Archino Cant ratione visitationis

Thomas Godwin Sacre Theologie Professor Decanus ecclie Cathedralis et Metropolitice Xpi Cant
Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad Archiepm Cantuar Sede
plena pertinuit ipsa Sede iam vacan Notorie dinoscitur pertinere venerabili viro dno Archino

Archidiaconatus Cantuar seu eius officiali Salutem in Domino sempiternam Cum Nos totam Civitatem et Dioc Cantuar predictam Clerum et populum earundem Ad dei gloriam Subditorumque dicte Civitatis et Dioc utilitatem commodum quietem ac virtutum incrementum et viciorum extirpationem Divina favente Clementia proxime actualiter visitare intendimus Vobis et vestrum utrique tenore presentium inhibemus ac per vos seu vestrum alterum omnibus et singulis aliis personis Jurisdictionem Ecclesiasticam infra Archidiaconatum pred exercentibus sic inhiberi volumus et Precipimus quatenus nec vos nec vestrum aliquis pendente visitatione nostra huiusmodi Ecclesias aut alia loca Clerum vel aut populum dicti Archidiaconatus visitare aut ea que sunt Jurisdictionis Ecclesiastice vel quomodo exercere a Die receptionis presentium aut intimationis earundem vobis fiend seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nostre quomodo attemptare presumatis seu presumat vestrum alter sive aliquis sub pena contemptus

Et Preterea Vobis coniunctim et divisim Committimus et firmiter iniungendo Mandamus Quatenus Citetis seu Citari faciatis peremptorie omnes et singulos Rectores et Vicarios Dignitates vel beneficia ecclesiastica quecunque obtinentes Capellanosque parochiales sive Stipendarios ac alios quoscunque ecclesiasticas functiones exercentes infra Civitatem et Dioc Cantuar predictam degentes et Divina celebrantes Necnon cuiuslibet parochie Iconomos et sex vel quatuor viros Laicos fide inter ceteros digniores pro numero Classe et qualitate cuiuslibet parochie Quod Compareant et eorum quilibet respective compareat coram Nobis aut nostro in Spiritualibus Vicario generali sive Commissario quibusque Diebus horis et Locis in Schedula presentibus annexa descript cum continuatione et Prorogatione Dierum extunc sequen et Locorum si oporteat fiend visitationem nostram ordinariam in hac parte exercend humiliter subituri et agnituri Necnon Audituri facturi et recepturi que ex parte nostra eis fuerint exponend et ministrand premonentes Rectores Vicarios et Curatos huiusmodi quatenus non modo procurationes et alia Jura nobis ratione visitationis nostre huiusmodi competentia quatenus vos concernit et ab antiquo fieri assolet realiter eisdem Diebus et Locis prestent et persolvant verumetiam quod titulos Dignitatum Beneficiorum suorum Institutionum gratias ac ordinum suorum Literas realiter producant et ostendant, Ulteriusque faciant et recipiant quod Natura et qualitas visitationis nostre ordinarie huiusmodi de se exigunt et requirunt

Mandando et precipiendo Vobis et vestrum utrique ut supra quatenus quoscunque defunctorum executores ac ab intestat decedentium relictas filios ac consanguineos ac consanguinitate coniunctos eorundem demortuorum infra Dioces predictam commorantes omnes et singulos peremptorie Citetis seu Citari faciatis quatenus ipsi et eorum quilibet Diebus et locis huiusmodi coram Nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali sive Commissario huiusmodi Compareant et compareat Testamenta et ultimas voluntates eorundem defunctorum exhibituri ac onus executionis eorundem vel administrationes bonorum huiusmodi defunctorum iuxta Juris et Statutorum huius inclyti regni Anglie exigentiam in se acceptaturi vel refutaturi, Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte seu quomodolibet requisit Et quid in premissis feceritis vel fieri aut exequi contigerit vos in hac parte Nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive Commissarium quemcunque dictis Die hora et Loco debite et autentice per Literas vestras patentes harum seriem continentes Necnon et cognomina omnium et singulorum Citatorum et Monitorum in quadam Schedula Literis vestris Certificatoriis huiusmodi annectend conscript certiores facere Curetis prout Convenit In cuius rei testimonium Sigillum quo in similibus ad que utimur presentibus apponi fecimus Dat octavo die mensis Junii Anno Domini Millesimo Quingentesimo septuagesimo quinto

Emanavit similis Inhibitio et Citatio Archidiacono Oxon pro visitatione &c Sub dat octavo die Junii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto

Commissio decani de Bocking

Thomas Godwin sacre Theologie Professor Decanus Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant et eiusdem Ecclesie Capitulum Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica quoad Archiepiscopatum Cant Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante Notorie dinoscitur pertinere Dilectis nobis in Christo Magistro Thome Wattes sacre Theologie professori Rectori Ecclesie parochialis de Bockinge Decanatus de Bockinge Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar Jurisdictionis immediate et Johanni Still sacre Theologie Bacchalaureo Rectori Ecclesie parochialis de Hadley Decanatus et Jurisdictionis pred Salutem in Domino sempiternam De vestris sana doctrina Conscientie puritate fidelitate circumspectionis industria ac provida in rebus gerendis dexteritate plurimum freti vos Commissarios nostros in et per Decanatum de Bockinge predictum Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar Jurisdictionis immediate coniunctim et divisim preficimus constituimus et deputamus per presentes Ad visitandumque Ecclesias et Capellas omnes et singulas Clerumque et populum Decanatus predicti prout ab antiquo usitatum fuerit ac procurationes debitas recipiendum Necnon ad inquirendum seu inquiri faciendum de et super quorumcunque Subditorum Decanatus predicti Criminibus excessibus et delictis quibuscunque hactenus commissis vel imposterum committendis quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de Jure vel Consuetudine aut huius regni Anglie Legibus et Statutis citra tamen offensum Legum et Statutorum Regni Anglie poterint pertinere Ipsos et ea debite corrigendum puniendum et reformandum Acetiam ad cognoscendum procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus causis et Negotiis ecclesiasticis quibuscunque in dicto Decanatu

Jurisdictione tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcumque partium instancias sive promociones ~~hactenus sive Promociones~~ hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum movendis et intentandis eos et ea cum suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscumque audiendi discutiendi ac (quatenus Leges et Statuta huius Regni Anglie permittant et non aliter neque alio modo) citra offensam eorundem finiendi et terminandi Ac etiam in omnibus casibus a Jure et Statutis eiusdem Regni permissis et approbatis Bona quorumcumque in dicto Decanatu decedentium Sequestrandi seu Sequestrari faciendi Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcumque infra dictum Decanatum ab hac luce (Deo iubente) migrantium sive decedentium insinuandi et approbandi Administrationesque Bonorum quorumcumque testantium huiusmodi sive ab intestato vel per viam intestati decedentium Executoribus in huiusmodi Testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de Jure vel Consuetudine aut huius Regni Anglie Statutis committi debeant committendi ./ Computum Calculum sive raciocinium Executorum sequestratorum et Administratorum huiusmodi recipiendi audiendi examinandi et admittendi ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Compoto sive raciocinio in hac parte reddendo (prout iuris fuerit et equitatis) absolvendi et finaliter dimittendi Alium insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro ~~aut alterius vestrum~~ substituendi eumque et eos quotiens et quando vobis seu vestrum alteri videbitur expedire revocandi Necnon omnia et singula alia ad officium Commissarii huiusmodi et exercitium Jurisdictionis ecclesiastice dicti Decanatus spectantia et pertinentia Et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna citra tamen offensam Legum et Statutorum huius regni Anglie et non aliter neque alio modo faciendi exercendi et expediendi **Vobis** coniunctim et divisim cum cuiuslibet coercionis canonice exequendi que in hac parte desideraveritis potestate vices nostras committimus per presentes ad nostrum beneplacitum duratur' Assumpto vobis et utrique vestrum coniunctim et divisim ac Substitutis vestris huiusmodi uni vel pluribus Dilecto Nobis in Christo Johanne Incent Notario publico Registrario principali Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis vel eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum vestrorum Scribam in ea parte durante hac nostra commissione **In cuius rei** testimonium Sigillum quo in similibus utimur presentibus apponi fecimus Dat' decimo septimo die mensis Junii Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo quinto

Littere dimissorie pro Johanne Taverner

Thomas Godwin sacre Theologie Professor Decanus Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis et eiusdem ecclesie Capitulum Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cantuariensem Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilecto Nobis in Christo Johanni Taverner in Artibus Baccalaureo London' Dioc' Cantuariensisque provincie Salutem in domino sempiternam Ut a quocumque Episcopo Catholico officii sui executionem obtinente Ad omnes sacros Diaconatus et Presbiteratus ordines iuxta morem et ritum ecclesie Anglicane in ea parte pie et Salubriter edit' et ordinat' in quacumque ecclesia seu Capella sive oratorio decenti per provinciam Cantuariensem ubilibet constitut' licite valeas promoveri dummodo morum honestatem habueris et in artibus liberalibus educatus fueris necnon ac etiam literarum sacrarum scientia idoneus inveniaris super quibus ordinantis Conscientiam districte oneramus aliudque Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum Licentiam et facultatem nostras tam cuicumque catholico Episcopo huiusmodi ordines conferendi quam tibi eosdem recipiendi intuitu literarum commendatitiarum venerabilium virorum Magistrorum Johannis Piers sacre Theologie Professoris Decani Ecclesie Cathedralis beate Marie Sarum et Willelmi James sacre Theologie professoris in tui favorem scriptarum benigne concedimus et impertimur per presentes **In cuius rei** testimonium etc. Dat' xix° die mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto

Licencia erudiendi pueros Georgio Quarrell

Thomas Godwyn etc. Decanus etc. Ad quos etc. **Dilecto** nobis in Christo Georgio Quarrell Salutem **Cum** Reverendissimus Pater bone memorie dominus Mattheus nuper Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Tibi prefato Georgio ad instruendum erudiendum et informandum quoscumque Pueros in Literis grammaticalibus aliisque Documentis Licitis et honestis ac per iura et statuta huius inclyti regni Anglie permissis et approbatis infra Civitatem Herefordensem potestatem et facultatem concesserit prout in Literis suis superinde confectis et sigillo suo sigillatis plenius liquet et apparet Nos de tua Literarum scientia vite et morum honestate ac probitate necnon in docendo promptitudine et diligentia quibus nobis quam plurimorum fidedignorum testimonio commendaris plurimum confidentes in quocumque Loco infra Civitatem et Diocesim Herefordensem quoscumque Pueros et Juvenes in grammatica ac bonis elementis et regulis grammaticalibus aliisque Documentis licitis et honestis Juribus et Statutis huius regni Anglie non adversantibus docere informare erudire et instruere libere et licite valeas et possis Licentiam facultatem et potestatem concedimus per presentes tamdiu quamdiu in officio illo laudabiliter te gesseris duratur' In cuius rei testimonium Sigillum quo in huiusmodi utimur presentibus apponi fecimus Dat' vicesimo die mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto

Significatio pro captione Corporis excommunicati

Venerabilibus et egregiis viris magistro Thome Godwin sacre Theologie professori

Decano Eccl(es)ie Cathedralis et Metropoliti(ce) Chri Cantuar et eiusdem Eccl(es)ie Capitulo, Custodibus Spiritualitatis Sedis Archiepalis Cantuar iam vacan(tis) Ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclastica que ad Archiepum Cantuar Sede plena pertinent Ipa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere vobisve in hac parte vicario in spualibus generali sive Surrogat cuicunqz in hac parte ptatem et autem sufficien(tem) habenti vel Humilis et devotus **Robertus Bisshopp** Legum Doctor Archidiaconatus Cantuar officialis ltime fulcitus omnimod(o) obiam et reverentiam tantis venerabilibus viris debitas ad honorem **Cum** Nos in quadam causa Subtractionis Legati que coram Nobis inter Johem Stonard Administratorem bonorum Jurium et Creditorum Margarett Cork als Stonarde partem agen(tem) et querelan(tem) ex una et Johannam Swetinge als Lemman parochie de Faversham Executricem Testamenti sive ultime voluntatis Willmi Wyllyn nuper de eadem Archidiaconatus Cantuar defuncti partem rea(m) et querelata(m) partibus ex altera aliquamdiu vertebatur et pendebat indecisa rite et ltime procedentes Sniam tandem ex parte et in favorem atqz ad petitionem dicti Johannis Stonard ac contra dicta(m) Johanna(m) Sweting als Lemman reveraverunt tulerimus et promulgaverimus in Scriptis diffinitivam Per qua(m) inter alia eandem Johanna(m) Swetinge als Leman tam in Legat quatuor Librarum quam in expensis Litis huiusmodi ex parte dicti Stonard factis quas ad summam trium Librarum Legalis Monete Anglie taxavimus condempnand fore decrevimus et condempnaverimus **Cum** qz Nos officialis antedictus Ad petitione(m) dicti Johis Stonarde ad solvend tam dictam Summam quatuor Librarum quam Summa trium Librarum pro expensis predictis et ad certificand de solutione earundem citra certos diem et locum competen(tes) iam effluxos predictam Sweting als Lema monuerimus et assignaverimus Eadem tamen Johanna Swetinge als Leman dictis die et loco preconizat diuqz et sufficienter expectat et nullo modo comparen(s) nec monitionibus nris predictis satisfacien(s) nec de solucione predicta quomodo certificand Ad p(ar)tis dicti Stonard petitione(m) pronunciaverimus contumacem et in pena huiusmodi sue contumacie Excomunicaverimus in scriptis iusticia mediante **Cumqz** dicta Johanna Swetinge als Leman in dicta Sua Excommunicationis sententia animo indurato perstiterit et adhuc persistit per quadraginta dies et ultra Jurisdictione(m) Ecclastica(m) nephanter contempnendo et contemnit **Vobis igr** supplicamus intime rogantes quatenus Ad dicti Johanne Swetinge als Leman sic excommunicat obstinatia reprimenda Regie Maiestati pro ipius corporis captione iuxta regni sui Anglie consuetudinem hactenus in similibus usitatam rescribere dignemini ut quem timor Dei ab Ecclastica non revocat saltem coerceat animadversio pene corporalis a sua maiestate infligend qua ad populi regimen et Regni sui tranquillitatem diu conservet prospera clementia divina **In cuius** rei Testimonium Sigillum officii nri presentibus apposuimus Dat ultimo die mensis Junij Anno dni Millmo quingentesimo Septuagesimo quinto

Scdo Die mensis Julii Anno dni Millmo quingentesimo Septuagesimo quinto Scriptum fuit per decanum et Capitulum Cant Regie Maiestati pro corporis captione Johanne Swetinge als Leman

Thomas Godwyn sacre Theologie professor decanus ecclie Cathedralis et Metropolitice Chri Cantuar et eiusdem Eccl(es)ie Capitulum Dilecto nobis in Christo Magistro Anthonio Russe sacre Theologie professori Salutem De tuis sana doctrina et iuxta forma Commissionis fact Magistro Watts decanat de Borking usqz ad alium insuper seu alios et tuum secundum hec verba in eo loco **Et insuper** magrum Henricum Blaxton in artibus magrum et non alium nisi in Consensu Nostrorum Decani et Capituli vel Successorum nostrorum loco tuo ad premissa expediend substituend Necnon oia et singula alia ad officium decani huiusmodi et exercend Jurismo ecclastice dictorum decanatuum spectand et ptinend Et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciend exercend et expediend Reservatis tamen Nobis et Successoribus nris omnibus procurationibus aliisqz feodis advantagiis commoditatibus et emolumentis Archiepo sede plena quomodocumqz debit et debend Necnon Beneficiorum quorumcumqz Collationibus ad nos iure devolut aut alio quocumqz modo ptinend sive spectan Ad beneplacitum nrum tantummodo duratur &c **In cuius rei** testimonium &c Dat in Domo nra Capitulari xxv^to^ die mensis Maii Anno dni millmo Quingentesimo septuagesimo quinto

Thomas Godwyn &c Johanni Harris herefordensis Dioc Cantuar qui prodiit Salutem in dno sempiternam ut a quocumqz Episcopo Catholico officium suum exercitione obtinend Ad omnes sacros Diaconatus et presbiteratus ordines iuxta morem et ritum ecclie Anglicane in ea parte ptit et Salubriter edit et ordinat licite valeas promoveri Dummodo morum honestatem habueris et in Artibus liberalibus educatus non fueris ac etiam Legum sacrarum scientia idoneus in examinatis dumqz huiusmodi ordinatis Conscientiam districte oneramus aliudqz Canonicum tibi in ea parte non obstat impedimentum Liciam et facultatem nras tam cuicumqz Catholico Epo huiusmodi ordines conferend quam tibi eosdem recipiend benigne concedimus et impertimur per presentes **In** cuius rei testimonium Sigillum quo in similibz ad prus utimur presentibus apposuimus Dat London xxiij^t^ die Mensis Augusti Anno dni Millmo quingen Septuag quint

Comissio decani de Westmallinge parsum et Towning

Lra dimissorie Johis Harris

Emanavit similis Comissio Abrahamo Jorlande Cantuar Dioc sub dat xxiiij^ti die Augusti Anno dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo quinto

Emanavit similis Comissio Xpofero Santye artibus Bacc Provincie Cant sub dat decimo quarto die Decembris Anno dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo quinto ad peticionem Benbowe Clici Curati Ecclie Sci Michaelis in Crokedlane London

Emanavit similis Comissio Thome Woodd Cantuar Dioces sub dat decimi quinti Decembris Anno dni Millimo Quingentesimo Septuagesimo quinto

Emanavit similis Comissio Thome Serle Elien Dioc sub dat decimo die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane 1575

Emanavit similis Comissio Stephano Hall Norwicen Dioc sub dat decimo die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane 1575

